48b Russ. 169 k Wichmañ

<36603754640016

<36603754640016

Bayer. Staatsbibliothek

Bis 1848. ist *nicht* mehr als
dieser *erste* Band erschienen.

SAMMLUNG

BISHER NOCH UNGEDRUCKTER

KLEINER SCHRIFTEN

ZUR

ÄLTERN GESCHICHTE UND KENNTNISS

DES

RUSSISCHEN REICHS.

HERAUSGEGEBEN

VON

B. VON WICHMANN.

Vaterlandskunde befördert Vaterlandsliebe.

ERSTER BAND.

Berlin
bey Georg Reimer
1820.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

DEM

WÜRDIGEN UND GELEHRTEN

PRÄSIDENTEN

DER ACADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

ZU St. PETERSBURG

HERRN von OUVAROFF, EXC.

HOCHACHTUNGSVOLL

GEWEIHT.

Wurde früher das Russische Reich in allen Richtungen durchreist zur nähern Kenntniss des Landes, forschte man früher in den eigenen Klöstern und Archiven nach alten Landeschroniken und Manuscripten, und mussten die aufgefundenen eingeliefert werden zur grössern Aufklärung der vaterländischen Geschichte — so wäre grade jetzt, wo ein Graf Romanzoff so hochherzig vorangeht, und durch die auf seine Kosten veranstaltete Herausgabe der ältern Staatsschriften und Urkunden des Reiches (Sobranie gossudarstwennich gramot i dogoworow) die ersten Monumenta rossica den Geschichtsforschern vorlegt, ein gemeinsameres Erforschen und Eröffnen der vielen *auswärtigen* Archiv- und Bibliothekverschlie-

ſse — deren manche reicher ſeyn dürften als jemals geahndet worden — und zu dieſem Behuf eine Reiſe mehrerer gebildeter und von der Regierung unterſtützter Männer zu wünſchen, die ſorgſam jene Geſchichtsminen unterſuchten, nichts unbeachtet lieſsen, gleich eifrig Altes und Neues, Groſses und Kleines aufſammelten und in treuen Abſchriften zurückbrächten. Aufgeklärt wie die Fürſten und ihre Vorſteher ſolcher Sammlungen ſind, iſt nicht zu befürchten, daſs ſie ein zu ſtrenges Eigenthumsrecht über fremde Geſchichtsquellen üben und mit deren Mittheilung unfreundlich geizen würden.

Der auswärts erhobene Fund könnte dann den Grundſtein zu einem wahrhaft reichen Nationalmuſeum abgeben; Einheimiſch Geſchriebenes und Gedrucktes — jetzt überall zerſtreut und nirgend vollſtändig — ſo wie eine Bibliotheca roſſica, im weiteſten Sinne des Worts, müſsten die Hauptſtützen deſſelben werden, und das ſchöne Inſtitut ſtände voll-

endet da, eher als man gedacht, — ein würdiges Denkmal Alexandrinischer Zeit, den Kaiser und seine Magnaten ehrend.

Bis diess erfüllt seyn wird, möge das Streben des Einzelnen, die an *seinen* Wegen liegenden Blätter zu sammeln, und ihre Verbreitung sich angelegen seyn zu lassen, nicht unfreundlich aufgenommen werden. Je mannigfacher der historische Stoff, desto umsichtiger der Blick. —

Die nachstehenden Aufsätze sind, mit Ausnahme von Nr. III und IX, aus dem Manuscriptenschatze der Kaiserl. Hofbibliothek zu Wien gezogen und vom Herausgeber mit der grössten Genauigkeit copiert.

Im Januar 1820.

B. v. W.

Inhalt.

I. Joannis Cobenzl Legatio Moscovitica. S. 1

II. Joan. Basilovitzii Litterae ad Maximilianum II. — 33

III. Arsenii descriptio itineris in Moscoviam etc. — 57

IV. Beschreibung der Raiss in die Moskow so Herr Warbotsch gethan. — 123

V. Aug. de Meyern et Guil. Calvucci relatio legationis in Moscoviam. — 201

VI. Sebastianus Glavinich de rebus Moschorum. — 339

VII. Discorso della Moscovia. — 363

VIII. Succincta narratio de adversa et prospera fortuna Demetrii Moschoviae Ducis. — 399

IX. Relation wegen der Jungsten Anno 98. von der Röm. Kais. Majestät anbefohlnen Reiss in die Mosskaw. — 423

I.

JOANNIS COBENZL LEGATIO MOSCOVITICA.

In Codd. Mſs. hiſt. prof. Bibl. Palat. Vindobonenſ. N. 169—171. 8½ Bl. fol. (Eine andere Abſchrift ebend. 10½ Bl. fol. enthält auf dem erſten und Titelblatte die Ueberſchrift: de Moschovitis, und weiter unten: Videtur haec relatio ſeu hiſtorica Epiſtola pertinere ad legationem Equitis Jo. Kobenzelii a Maximiliano II. Rom. Imp. in Moscoviam miſſi).

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

EPISTOLA

CLARISSIMI VIRI

JOANNIS COBENZL A PROSSECK.

EQUITIS MARIANI, ARCHIDUCIS AUSTRIAE CAROLI etc. CANCELLARII etc. DE LEGATIONE SUA NOMINE MAXIMILIANI II. IMPERATORIS APUD MAGNUM MOSCOVIAE DUCEM OBITA; AD N. DRASCOVITIUM etc. ARCHIEPISCOPUM COLOSSENSEM, ET EPISCOPUM ZAGABRIENSEM SCRIPTA, ET EIUS IUSSU AB HOMINE QUODAM HUNGARO EX LINGUA ILLYRICA SEU CROATICA LATINA FACTA, ANNO 1577.

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Domine etc.

Ego accepi in Polonia litteras, quas octavo Aprilis proxime elapſi Dominatio Veſtra ad me dedit; Quia ſua Maieſtas cum duobus collegis ad Diaetam Varſovienſem me expediverat, quae hisce diebus fuit celebrata, ſed non fuit concluſa, iuxta deſiderium noſtrum ob prorogationem quae facta fuit ad tertium diem Junii, ubi denuo

oportebit comparare, et iuxta praeſcriptum noſtrae inſtructionis agere; quae res mihi multum ſupra omnes alias moleſta eſt, maxime cum de aliquo fructu desperem. Nihilominus ſi mandatum ſuae Maieſtatis acceſſerit, obedientia erit opus, et id quod reliquum eſt, diuinae voluntati commendandum erit, per quam Reges regnant.

Pergratum mihi accedit, Dominationi Veſtrae Ill. charum fuiſſe id, quod ſummarie de rebus Moscoviticis eidem nuper perſcripſeram; Credo Vram. Illam. Dominationem poſtea uberiorem Relationem earundem rerum habuiſſe, poſteaquam mea expeditio ubique ſparſa ſit. Sua Mas. Caeſá. forſitan nondum de iſtis participem fecit Sanctiſſimum Dominum noſtrum, volendo prius haec cum Sacro Imperio communicare, et poſtea cum eiusdem conſilio ſuae Sanctitati et aliis Principibus Chriſtianis notificare, et hoc (ut credo) ut in illam confoederationem induci poſſint, quam Moscovita contra Turcam vehementer deſiderat. Et propterea haec Taciturnitas non debet in alium ſenſum interpretari.

Ego ſpero ſine dubio, divino auxilio accedente, quod illa omnia ad effectum deduci pot-

erunt, de quibus ſuperioribus diebus breviter ad eandem ſcripſi, quarum ſumma haec fuit. Quod populi illi facili opera ad gremium Sanctae Eccleſiae catholicae reduci poſſint, et tanto facilius, poſteaquam nunquam diſceſſerunt ab ea religione, quam acceperunt et didicerunt ab Eccleſia Graeca. Quanque in hodiernum usque diem cum maximo zelo et fervore ſervant, ita ut vix credi poſſit. Vnde ſperandum eſt, quod, ubi animadverterint errores, quibus implicati ſunt (tametſi illi quoque non ſint de eſſentialibus) ſubito ad unionem accedent; et hoc pacto numerus noſter vehementer augebitur, et triplo vel quadruplo plus lucrabimur, quam ſuperioribus annis in Germania et Francia perdidimus. Ideo deberemus ſummopere elaborare in eorum populorum acquiſitione, quod lucrum profecto glorioſius eſſet, quam ullum aliud in hoc mundo.

Et ut facilius Vra. Illſa. Dntio. in meam ſententiam condeſcendat, libentiſſime illi ſignificabo cauſas, quae me in hanc ſententiam pertraxerunt, humiliter ab ea petendo, velit benevole audire. Ac in primis Vra. Illſa. Dntio. ſciat, quod Princeps ille extreme et ex animo de-

ſiderat confoederationem inire cum Maieſtate Caeſarea, cum ſanctiſſimo Dno. noſtro, Rege Hiſpaniarum, aliisque Principibus Chriſtianis. Hoc profecto ex divina inſpiratione profectum eſt. Et quamvis aliqui ſcripſerint, nationem illam valde inimicam eſſe nobis, qui ſedem Apoſtolicam agnoſcimus, mihi tamen ſecure credere poteſt, rem non ita ſe habere. Sed hoc certiſſimum eſt, eos etiam cum ſuspiriis teneri deſiderio videndae Romae et viſitandorum ſacrorum locorum, ubi ex lectione hiſtoriarum intelligunt paſſos et ſepultos multos Sanctos, quos illi plus, quam omnes Catholici venerantur et celebrant. Quemadmodum illi, qui mihi adiuncti fuerunt, frequenter ea de re mecum contulerunt, ſemper affirmantes in vita ſe nihil magis cupere, quam ea loca viſitare, et maxime B. Virginem Lauretanam, rectius illis notam, quam multis Gallis et Germanis. Ac pro maiori argumento et confirmatione eius rei Vra. Illſa. Dntio. ſciat, quod, dum ego peterem dari mihi poteſtatem videndi imaginem S. Nicolai, quam ipſi eximie venerantur, humaniſſime mihi fuerit reſponſum, id mihi non iri negatum, ſi antiquae Romanae religionis eſſem, et non Lutheranus (quia ipſi quo-

que hoc vocabulo utuntur) et maiori odio quam Turcas profequuntur; ita Deus me adiuvet.

Videntur magis ceremoniofi, quam nos Catholici. Nunquam transeunt monafterium aut aliud templum vel faltem fignum S. Crucis (quibus omnes fere plateae et anguli pleni funt) ficut et illi, qui mecum erant, faciebant, ex equis et curribus descendentes, et quafi ad terram genua flectentes, tribus vicibus figno S. Crucis fe fignantes fequentia verba dicebant: Hofpode pomilui, Hofpode pomilui, Hofpode pomilui hoc eft, ter *Κύϱιε ἐλεύϭον.*

Ac poftea ubi perveniffent ad aliquod templum, ubi miffa diceretur, nunquam transire volunt, nifi prius intraverint et miffam audiverint, genua flectentes, et frontibus aut pavimentum aut vicinum parietem pulfantes; et hoc praefertim, cum elevatur et portatur fanctiffima Euchariftia. Principalis meus affiftens, qui fuit Demetrius Aleman, nunquam prius cibum fumfit, quam miffam audiviffet. Et ut verum fatear, ego nunquam interfui alicui eorum facro, tum ob id, ne cum eorum fchismate participarem, tum quia idem Dux me monuerat, non omnes me in eor(um) templis libenter vifuros; fed

deforis ad instar eorum, qui cum mulieribus conversati essent et neque balneati neque loti essent, vidi eorum sacra celebrari, cum ea devotione, qua maior dici vix ulla potest.

In sacrificando utuntur vestimento nostro simili. Sacrum seu missa ipsorum longior est, quam duae nostrae. Sacrum fit lingua vulgari. Semper astant duo vel tres Diaconi praesentes, ac similiter sine intermissione canentes, interdum Hospode Pomilui, interdum vero ingeminando Alleluia Alleluia; similiter omnes circumstantes canunt, continuo signo S. crucis se signando.

In usu habent candelas et imagines, et alia omnia instar catholicorum, et specialiter utuntur aqua Benedicta et sale. Postremo Sacerdos distribuit certa frusta panis benedicti, quae populus cum magna reverentia accipit, domum deferens; et iis qui sacris non interfuerunt, per micas saltem distribuit.

In monasteriis quotidie in Galli cantu missa celebratur, ad quam soli masculi conveniunt, quemadmodum multi eorum ex fervore devotionis pervigiles noctes una cum monachis agunt, qui quotidie psallentes Deum laudant, aliis recedentibus, aliis succedentibus. In domibus

ipſorum ſunt imagines devotiſſimae, et nemo exit vel intrat, priusquam ter ſe inclinaverint ante imaginem crucifixi vel Deiparae virginis. Quas in ſtubis vel cameris continue cum lumine conſervant, et quotidie ſe ſignant ſigno S. crucis, dicentes Hoſpode Pomilui. Ac priusquam iſtam ceremoniam peregerint, neque invicem ſalutant et alloquuntur, neque ſibi invicem valedicunt. Frequenter quoque utuntur ſigno S. crucis ad menſam. Et Vra. Illſa. Dntio. ſecure credat, quod ille Magnus Princeps nunquam buccellam panis acceperit aut ſemel biberit absque ſigno S. crucis. Quod ego vehementer miratus ſum, cum eſſem cum eo ad menſam. Sciat quoque Dntio. Vrä. Illſa. eos uſitatiſſimas habere proceſſiones. In die Epiphaniarum Domini, quamvis acerrimum gelu fuerit, tamen univerſus Clerus et populus exiens civitatem Drogoburſam, ubi tunc forte eram, cum crucibus et vexillis ad ripam Boristhenis fluvii venit, ubi manſerunt plus quam per integram horam dicendo multos pſalmos et orationes; Et hoc totum fuiſſe factum in memoriam ſalvatoris noſtri baptizati in Jordano intellexi. In ſanctiſſimo baptismate, quod ab ipſis tanti fit, quanti a nobis, eodem etiam modo adminiſtra-

tur, excepto eo quod dicunt: Baptizetur infans iſte in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. In ſanctiſſimo ſacramento poenitentiae idem; excepto quod confeſſarius et confitens ſtant in medio templi neque unquam ſedent. Satisfactio autem eſt frequentiſſima et rigoroſiſſima, quemadmodum in primitiva Eccleſia fuit. Annis ſingulis accipiunt ſanctiſſimum Euchariſtiae ſacramentum et communicant. Quae Euchariſtia pro infirmis ſaltem in die coenae Domini conſecratur et aſſervatur in templis cum ſumma reverentia tantum ſub ſpecie panis, de qua cum cochleari rumpitur una particula, atque adfunditur parum tepidae aquae, et ſic aegroto exhibetur cum ſumma adoratione intimaque devotione. Et ſic non differunt a nobis, niſi quod illi inſtar Graecorum pane fermentato utuntur.

Sancti, quemadmodum iam dixi, apud illos ſunt in ſuprema veneratione, et invocatione pro eorum ſuffragiis apud divinam Maieſtatem; et ſpecialiter D. Nicolaum pro ſingulari patrono habent, cuius imaginem ſervant in civitate, quae Moſsaisko dicitur, cum ſumma devotione et honore, cui Magnus Princeps ſingulis diebus facit offerri magnam panis quantitatem, carinum,

item cerevifiae et hydromelis; Quae fumma poftea distribuitur miniftris illius templi, continue divinum cultum exercentibus, Deum benedictum exorando pro felicitate magni illius Principis.

Ab eo loco paucis miliaribus monafterium fanctiffimae Trinitatis diftat, ubi continue 700 monachi manent, qui fuftentantur ab eodem Magno Principe et ob eandem caufam in eo templo habent fepulcrum S. Ignatii et frequenter ibi figna apparent. Omnes illi monachi funt ordinis D. Bafilii, vivunt pie et exemplariter fimiliter quoque in fuis monafteriis moniales. Monafteria funt frequentiffima, ita ut in fpatio duorum vel trium miliarium femper monafteria reperiantur.

In univerfa Moschovia non reperitur fchola, vel alia ratio addiscendarum literarum nifi quod in ipfis monafteriis addiscitur; et propterea inter mille perfonas vix unus reperitur, qui fciat legere vel fcribere. Sacerdotibus licitum eft femel matrimonium contrahere; fed mortua uxore, opus eft coelibes permaneant. In fingulis templis funt aliqui Diaconi, qui mortuis Parochis fubftituuntur. Purgatorium negant,

et tamen devote et continue in miſſarum celebrationibus et aliis orationibus orant Deum pro fidelibus defunctis, hoc eſt, ut ſua Mas. dignetur condonare promeritis poenas, illosque recipere in coeleſtem patriam. Et ita a Catholicis non re, ſed nomine ſaltem ipſi differunt. Praecipuus error eorum meo iudicio hic eſt, quod affirmant non fuiſſe ulli homini licitum poſt prima 7 concilia ullum aliud celebrare. Ac quemadmodum illa 7 concilia univerſa amplectuntur, ita poſteriora omnia refutant et reiiciunt; et ſic ab obedientia ſedis Apoſtolicae disceditur.

Neminem reperire potui, qui aliquid intellexiſſet de differentia inter ipſos Graecos et nos circa verbum ὁμοѕσιος. Habent ſuum metropolitanum, a quo dependent omnes Epiſcopi et univerſus Clerus; a quibus tanti fit, quanti a nobis ſummus Pontifex.

Non negat ille ſe dependere a Patriarcha Conſtantinopolitano, ſed certiſſimum eſt, parvam inter ipſos eſſe correſpondentiam et affectionem, cum ille ſit Turcae, et hic Moscovitae ſubditus. Principum ſibi admodum inimicor(um) Metropolites ille Moscoviticus ſingulis annis Synodum celebrat, in qua Archiepiscopi et Episcopi

omnes comparere debent. Quemadmodum ego dum eſſem Drogoburſae vidi aliquos venientes ab ipſo Metropolitano, quibus praeferebantur baculi paſtorales, ſicuti ante legatos apoſtolicos cruces praeferri ſolent, et ſingulos comitabantur aliquot monachi, et quini aut ſeni ſervitores. Ad Epiſcopatum nunquam aliquis aſſumitur niſi ex monachis, qui eo magis ſatagunt exemplariter vivere, ut eiusmodi dignitatem conſequi poſſint. Vnde mihi fuit affirmatum pro re certiſſima, quod multi ex ipſis amore et ſervitio divino usque adeo incenduntur et exardeſcunt, ut et vivi et mortui miracula edant: Et tales poſtea canonizantur.

IN MOSCOVIAM PERVENERAM SUB INITIVM ADVENTVS DOMINI. Et cùm inſtarem pro matura audientia apud ipſum Magnum Principem, reſponſum mihi fuit, quod, licet ipſe vehementer cuperet me videre et amplecti ſicut oratorem ſui chariſſimi pretioſiſſimique fratris electi Romanorum Imperatoris (hoc enim titulo Caeſ. Mam. communiter nominant) tamen cum a maioribus ſuis acceperint, quod per totum illud tempus ſanctum nihil aliud fieret, quam viſitatio ſacrorum locorum, quodque in illis

devotioni ſtudeatur. Ideo ne nunc quidem Principem ipſum aliud facere poſſe, ſed ſubito, celebratis feſtis natalitiis, velle me vocare, audientiam dare et facere omnia, quae ſua affectio erga Caeſ. Mam. requireret. Quod poſtea liberaliter fecit.

Omnia ſua negotia actionesque auſpicantur ab invocatione ſanctiſſimae et individuae Trinitatis tanta cum religione tantoque zelo, ut Vra. Dntio. Illſa. credere vix queat. Quadrageſimam univerſam ieiunant valde ſtricte, nihil cocti comedentes, niſi quis forſan ob adverſam valetudinem cogatur. Quadrageſima praeterea ipſorum una ſeptimana longior eſt noſtra; hicque etiam unus eſt articulorum, quibus a nobis differunt. Idem per totum adventum faciunt, vocando ieiunium illud S. Philippi. Similiter ieiunant ſeptimana Rogationum mediumque Auguſtum: Prius illud, ieiunium S. Petri, poſterius hoc B. Virginis ieiunium vocatur.

Et haec habet Vra. Illſa. Dntio. de rebus ipſorum ſpiritualibus, ex quibus intelligere poteſt manifeſte, facillimam rem eſſe obtinere, et in tam proxime ſymbolizantibus concordare, maxime ſi id fiat medio idonearum perſonarum, quae

in ipſo principio perpendere ſcirent, non quid fieri deberet, ſed quid praeſtari poſſit, quaſi parvulos lactando, id quod D. Paulus fecit in ſuis novellis Eccleſiis. Jam Vrae. Dntni. Illſae. breviter narrare pergam, quo modo ab ipſis acceptus fuerim et tractatus.

Cum perveniſſem ad civitatem Orſa, quae celebris habetur propter vicinum locum, in quo Sigismundus I^{us} Rex Poloniae cum ipſo Moscovita congreſſus fuit, curſorem miſit ad Palatinum de Smolensko, quae civitas ab Orſa diſtat 26 miliaribus, rogando velit more ſolito ad me recipiendum et conducendum in conſpectum Magni Principis mittere, ut ego interim Orſae reſponſum exſpectarem, quod tertia die iuxta deſiderium meum conſecutus fui.

Profectus itaque ex Orſa perveni ad locum diſtantem 12 miliaribus. Sequenti autem die circa ortum ſolis reperi nobilem cum 30 tragis ſine Kochy, quia tot perſonas mecum habui, qui ſummo honore me recepit, ſummarie dicens, ſe commiſſionem de me conducendo et tractando accepiſſe, quanto melius id illis in locis fieri poſſet optime. Et propterea quod vellet me et res meas transferre ad illos currus, remittendo

mea, et ut venirem ſecum hilariter, remotus ab omni cura, eo quod omnia mihi ſubminiſtrarentur neceſſaria pro ratione temporum et locorum. Pro qua liberalitate gratias egi ſummo Principi, et id feci, quod mihi fuit dictum: eoque die 6 miliaria confecimus. Altero vero die 4. ibi obviam factus fuit nobis ſupradictus Dux Demetrius ſtipatus 1000 equitibus, multisque tragis, qui valde ſolenniter me recepit, alter repetendo quomodo Dns. ſuus libentiſſime adventum meum intellexiſſet, ac quod miſiſſet ipſum, ut mihi obviaret, et ad ſe perduceret cum omni debita rerum neceſſariarum proviſione. Cui ego reſpondi replicando. Et ſic conſcendimus Tragas, atque transivimus per Smolensko civitatem tantam, ut magnitudine Romam adaequet; per mediam defluit Boriſthenes, et eo die confecimus totidem nempe 6 miliaria. Sequenti vero die confecimus 14 a Drogoburſa, et ibi 50 diebus integris propter ſupra dictam cauſam i. e. devotionem Principis manſimus, cumque ibidem octiduum ſubſtitiſſemus, Magnitudo ſua miſit ad me magiſtrum curiae ſuae, qui dicitur Dux Mitica Romanovicius cum altero duce de ſuo ſecreto conſilio, et Cancellario, ſtipatus magno numero

Boiarorum five nobilium, qui omnes veftiti fuerunt panno ex aureis et argenteis filis contexto et pelliciis Scebelinis.

Legatio fuit haec, quod ille Princeps ageret gratias pro honore, quem fuae Magnitudini fua Caef. Mas. exhibebat, me ad illam mittendo, excufaretque fe quod propter fupra dictam caufam videre me non poffet, animando me, ut haberem patientiam, donec fua Magnitudo me vocaret.

Quibus ego tanquam fecundis commiffariis replicavi, et rogavi eos, ut pro viribus fuis vellent audientiam meam promovere, quod fe facturos promiferunt, et ad Dominum reverfi funt, qui octiduo poft fcripfit ad me unas literas gratiofiffimas fummarie eadem continentes, quae prius per oratores dicta fuerunt, item quod libenter fubito me effet vocaturus.

Verum cum ob fuperiorem caufam fieri hoc non poffet, ut bono effem animo et patientiam haberem, quodque poftea absque ulla dilatione me vocare vellet, ac profpicere, ut, quam citiffime fieri poffet, expedirer. Adiunctae etiam his literis erant aliae gratiofiffimae oblationes. Jam vero Magnitudo fua hilariter

hoc fecit. Ac cum ego proceſſiſſem et ab ipſo tribus tantum abeſſem miliaribus per aulicum quendam ſuum miſit misi dono curtum cum equo pulcerrime adornato pelle urſina alba, certaque tapeta Perſiana, dicendo quod me exſpectaret, quodque cito cum oculis ſuis exhilararetur (iſta enim phraſi multum utuntur), pro quibus cum gratias agerem uti conveniebat, me praeire fecit plus quam 100 tragis, cumque duo miliaria progreſſus fuiſſem, obviam facta ſunt mihi 3000 equitum pulcerrime inſtructorum, qui comitabantur tres commiſſarios, quos ſua Magnitudo ad me recipiendum miſerat. Quorum primus poſt invocationem ſanctiſſimae Trinitatis mihi dixit, ſuam Magnitudinem iuſſiſſe ex me interrogare, quomodo valeret ſuus pretioſiſſimus chariſſimusque frater electus Romanorum Imperator. Secundus eodem modo quaeſivit, quomodo iter ſucceſſiſſet mihi. Tertius poſtea ſibi Magnum Principem in mandatis dediſſe, ut de hoſpitio provideret mihi; ſeque hoc ſolicite facturum eſſe dixit. Ego, ut primum eis prout conveniebat, reſpondiſſem, progreſſi ſumus, et fui ad hoſpitium ſatis commode praeparatum conductus,

ubi mihi ſubito a tertio illo commiſſario fuit ſignificatum, ſuam Magnitudinem mihi multa victualia non tam pro 30 quam pro 300 perſonis ſufficientia ordinaſſe. Eo Veſpere et ſequenti die facta ſunt ibi diverſa officia. Tertio poſt die dicti commiſſarii deduxerunt me ad Magnum Principem, ubi reperi omnes plateas populo plenas, et ante caſtellum 2000 pixidariorum optime inſtructorum, poſtea poſt primam caſtelli portam totidem. In prima domo reperi circiter quingentos nobiles, in ſecunda paulo plures, in tertia duplo plures. Qui omnes primi, ſecundi, et tertii pretioſo panno aureo, pelliciisque Scebelinis veſtiti fuerunt. In ultima domo ſeu camera occurrerunt mihi tres magnae perſonae, quae me ad Principem introduxerunt, quicum erant in univerſum 24 conſiliarii, ſedentes 12 a dextris, totidemque a ſiniſtris.

Jam cum appropinquaſſem ad ipſum Principem, unus conſiliariorum exurgens dixit ſuae Magnitudini: Magne Caeſar, Princeps, et Domine, (quo titulo ſemper utuntur) orator tui chariſſimi et pretioſiſſimi fratris Maximiliani electi Romanorum Imperatoris tibi facit reve-

rentiam: ac dum haec ipſe loqueretur, ego humillime ad genua procubui. Quo facto, ipſamet Mgdo. ſua me interrogavit, quomodo valeret ſua Maieſtas, nominando ut iam praedictum eſt, cui reſpondi, quod illam optime valentem reliquiſſem. Poſtea interrogavit, quid rei adferrem, me literas attuliſſe reſpondi, quas ipſi exhibui una cum dono per ſuam Mtm. miſſo, hoc eſt una Medaia adornata cum 52 adamantibus ſatis magnis; cui erat ſuperpoſita corona Imperialis una, quae valebat ad minimum 8000 coronatis. Poſtea dedit ſignum ut ulterius loquerer, quod et feci, per integram fere horam, legatione mea id exigente, quae 6 capita magnae importantiae continebat, quae ipſe ſibi quaſi de verbo ad verbum interpretari fecit. Quo facto, manum mihi exhibuit, iubens me conſidere in ſede nobiliſſime adornata et ex oppoſito ſui locata. Vocatis tandem meis comitibus, ſingulis manum porrexit. Quibus peractis, me invitavit, ut vellem cum eo panem manducare, pro qua et aliis gratiis ſuae Mgdnis. gratias egi. Tandem conductus fui a meis prioribus aſſiſtentibus in quoddam cubiculum, in quo moratus ſum per

mediam horam donec ad menſam Principis vocarer, quem reperi iam ſedentem mutatis veſtimentis quia primo vidi eum indutum paludamento ſine pallio Imperiali cum corona in capite, quae certe ſimilis videbatur coronae papali, et habentem ſceptrum in manu. Res pretioſiores et pulcriores diebus vitae meae nunquam vidi. Anno ſuperiori vidi coronas ſive mitras ſanctiſſimi Dni. noſtri in caſtro S. Angeli mihi demonſtratos per Dominum Malvagium ſubcaſtellanum. Vidi etiam coronam, omniaque indumenta Regis catholici, ſimiliter quoque Magni Ducis de Thoscana, et multa Regis Franci, ſuaeque Caeſ. Mtis. tam in Regno Ungariae quam Boiemiae et alibi ornamenta. Credat tamen mihi vere Vra. Illuſa. Dominatio, quod haec omnia cum illis quae ibi vidi, ne in minima quidem parte conferri poſſunt. Totum enim paludamentum erat diſtinctum Adamantibus, Rubinis, Smaragdis, et ſimilibus pretioſiſſimis lapidibus magnitudinis unius nucis, ita ut mirarer qui tantum ſuſtinere poſſet pondus. Filius maior natu ſedebat ad dexteram eodem modo veſtitus, niſi quod corona ipſius repoſita erat in

ſcamno, et ſceptrum non habebat, ſed Patris Scipionem manu tenebat, qui patrem imitatus ſimilibus me verbis quaerebat, uti pater fecerat.

Ad menſam erant veſtiti ſerico villoſo rubeo, adornato pretioſiſſimis gemmis. Coronae ipſorum ſtabant prope in uno ſcamno, locoque ipſarum habebant certa caputia more graeco facta, in quorum ſingulis fuit unicus Rubinus, magnitudinis unius ovi, qui reſplendebant maxime cum adveſperaſceret, tanquam duae faces accenſae. Ipſi ſoli ad menſam ſedebant. Ego habebam propriam menſam diſtantem ab ipſorum circiter uno paſſu. Habebat 100 ſervientes, quorum ſinguli ſemper totidem patinas adferebant ex puriſſimo auro fabrefactas; ex quibus tres tantum una vice ad menſam ponebantur: unam Magdo. ſua pro ſe ſervabat, alteram filio porrigebat, tertiam mihi mittebat. Quemadmodum etiam hoc fiebat cum totidem pateris, quando volebat bibere, per pocillatorem mihi nunciabat Juvanne (quia sic me vocabat) Veliki Char, Knez, Hoſpodar podaie, i. e. Joannes, Magnus Caeſar, Princeps et Dominus tibi mittit. Alias patinas faciebat

distribui inter meos, qui eidem menſae aſſidebant, et ſuos officiales, quos iuſſerat ſedere ad tres longas menſas trecentas. Convivium duravit integras 6 horas. Et pro concluſione cum iam nos ſurrexiſſemus, ſingulis noſtrum Magnus Princeps, dico mihi et meis, de pateris exhibuit unam manu propria. Facta reverentia, magno ſtrepitu et infinitis lucernis ad hoſpitium deducti fuimus; ubi oportuit denuo cum noſtris aſſiſtentibus comedere, aliisque Dominis usque ad auroram. Atque sic prima Audientia pertransiit.

In ſecunda audientia, ſtatim ſequenti die circa horam nonam fuimus deducti ad Magnum Principem. Quo honorato, ſicuti primo die fuit factum, me ſedere iuſſit, dicens ſummarie quomodo intellexiſſet meam legationem, et quod dediſſet id negotii ſuis quinque principalioribus conſiliariis, ut mecum de eo ipſo negotio tractarent, et ut ego non deeſſem cum ipſis ſuper omnibus concordare, quod ipſe vehementer deſideraret. Poſtea cum in certam domum ſive cameram ingreſſi fuiſſemus, per tres integras horas negotium tractavimus, et ex divino auxilio iuxta inſtructionis S. C. Mis.

praeſcriptum in omnibus concordavimus. Quo facto, dicti Domini conſiliarii ſurgentes dixerunt mihi, ſe velle adire Principem, illique tractatum omnem referre, meque poſtea de Magnitudinis ſuae mente edocere. Ego gratias ipſis agens vix mediam horam exſpectavi, tum revertuntur ſummatim mihi referendo, quod Princeps, quemadmodum id ex ipſius ore craſtino die eſſem auditurus, totum negotii tractatum approbaverit. Perducto igitur ſequenti die ad ipſum perſonaliter dixit ſubſtantialia:

Poſtquam meus chariſſimus et pretioſiſſimus frater te ad me misit, et ego ex te legationem intellexi tuam, quemadmodum etiam ex meis Veliki Boyari, hoc eſt, magnis nobilibus, quid cum ipſis tractaveris, intellexi, Dicas volo ipſi meo fratri, quod totaliter reſolutus ego decreverim perſiſtere, ac cum ipſo inceptam amicitiam fraternitatemque, cum omnibus meis in perpetuum continuare, id quod et Dominus parens meus quondam, cum ipſius patre et avo Maximiliano Ferdinandoque Caeſaribus fecit. Idcirco dum et quando dictus frater miſerit ad me ſuos magnos oratores, perſuadendo id, et ad id inductis Papa Romano,

ac Rege Hiſpaniarum, aliisque Chriſtianis potentatibus ut idem faciant, magno beneficio Remp. Chriſtianam afficiet. Quod concedat ſancta Trinitas, Vnus Deus, Amen.

Quemadmodum haec omnia a meis magnis Boyaris amplius intellexiſti, quibus debes credere, ſicut mihimet ipſi; et ut concordia veſtra ſuper tractatum efficacius et citius poſſit executioni demandari, mitto ad ſuam Mtem. Ducem Zachariam Szubosky, et Andream Arci Baſſam, qui ſedebant inter illos 24 conſiliarios. (Qui audita ſua mentione ſurgentes humiliter ſe verſus ipſum inclinarunt, rogando ut Caeſ. ſua Mas. cito eos poſtea expedire ac remittere vellet). Quoniam igitur iam noſtra fraternitas ſatis abunde confirmata eſt, poterimus unus ad alterum cum ſua commoditate mittere minimos, maiores et maximos oratores, ſicuti ego te nunc ad ſuam Mtem. remitto, cui multam ſalutem cum mei commendatione dices. Poſtremo mihi et meis duos Taccas ſive pateras unam poſt alteram adferri iuſſit, plenamque hydromelis propria manu exhibuit, quas, licet ieiuno eſſemus ſtomacho, exhauſimus.

Sic me tractavit ſua Magnitudo, et in disceſſu misit mihi dono octoquadragenas pellium Scebelinarum, quarum ſingulae Viennae aeſtimatae ſunt 700 florenis. Supra haec omnia per totum illud tempus, quo in ſuo regno ſum verſatus, liberaliſſime me tractavit adeo, ut ne obolum quidem expenderim praeter bibalia, quae dedi miniſtris mihi ſervientibus. Poſſem Vrae. Illſae. Dntioni plura commemorare, vnde huius Principis videre et comprehendere poſſit magnam potentiam, ſed timeo ne modum epiſtolae excedam, ne etiam eidem Dnti. Vrae. ſim moleſtus, cum ſat mihi ſint cognitae ipſius actiones et occupationes. Nihilo tamen minus referam V. D. Illae. certa adhuc puncta, ex quibus procul dubio magna cuncta imaginari poterit.

Cum Magnitudo ſua, relicto convivio, me excepiſſet, ibi ante hypocauſtum in una domo tanta erat patinarum, orbium, paterarum, et ſimilium vaſorum multitudo, ut pondus illud 30 profecto et amplius currus Viennenſes onerati non potuiſſent vehere, neque tamen ibidem erat ſua principalis credentia, ſed ea

ſolum, quae pertinebat ad illud caſtellum, in quo pranſi ſumus.

In caſtello Metropolitanae urbis Moscoviae eiusmodi rerum tanta copia eſt, ut et numerus ignoretur. Nam ibidem habet ſuum theſaurum pecuniarum, pretioſarumque gemmarum, rem ſtupendam, et inaeſtimabilem. Huius Principis avus ſolus conduxit et misit in illum theſaurum poſt captam et direptam Novgogardiam 300 currus pecuniarum, ac infinitam auri et argenti quantitatem. Pater vero huius Principis ſubiugavit quindecim principatus, et univerſum argentum et aurum repertum in publicis aerariis privatim portari fecit in illum ſuum paternum theſaurum. Hic Princeps idem fecit, dum acquiſiviſſet duo regna ſeu imperia, ut ipſi dicunt, Aſtracanon et Caſſancnſe. Item Emporium illud, civitatem Dorpt, Pernaviam quoque cum multis aliis ditiſſimis locis anno ſuperiori in Livonia captis. De qua praeda ne obolus quidem militibus fuit conceſſus, ſed omnia distributa fuerunt, quemadmodum a principio Romani facere conſueuerant.

Habet praeterea infinitos pecuniae comparandae modos, praefertim cum ipfe folus in omnibus regnis mercaturam exerceat, neque unquam quidquam impendat usque adeo ut oratores, quos mittere folet, fimilesque perfonae nunquam ne obolum quidem accipiant, fed fibimet ipfi expenfas faciant. Similiter militibus nunquam obolus datur. Imo vero in profectione et expeditione ac in reditu finguli milites domi manentes circiter unum groffum folvunt, fub eo praetextu, quo intelligatur numerus in expeditionem profectorum, domi manentium et a bello redeuntium. Affirmatum fuit mihi a Germanis, Moscovitis et Polonis, qui fe ipfius addixerunt fervitiis, quod, quandocunque volet intra 14 dies 300000 equitum in campum producere poffet, ac infuper millia centum perfectiffimorum pixidariorum, et centum millia eorum, qui arcu fagittisque pugnant. Quae res videtur quafi incredibilis, fed tamen ab iis fanctiffime affirmatum eft. Ingenue quoque mihi ab ipfis fuit relatum, quod in folis 4 locis haberet duo millia magnarum colubrinarum, aliaque tormenta bellica infinita, et quod non-

nulla ex eis eſſent mirae longitudinis tamque larga, ut etiam procerus homo altitudinem eorum attingere vix poſſet. Et haec omnia habent ſuas neceſſarias munitiones. Inter alia dixit mihi Germanus quidam quod expertus eſſet in obſidione Polosci loci munitiſſimi, qui non duravit reſiſtendo niſi tribus diebus, et quamvis haberet caſtrum munitiſſimum, tamen illud brevi fuiſſe ſolo adaequatum, ac dum fierent eiaculationes bombardarum, videbatur coelum cum terra miſceri. Regnum eius habet in longitudine 600 miliaria, in latitudine vero 400. Habet propemodum infinita magna flumina, qualia ſunt maior et minor Duina et Narua, quae defluunt in oceanum et mare glaciale; Volga, qui defluit in mare Caſpium; Thanais, qui decurrit ad paludem Maeotidos ac Nigropontum; Boriſthenes, qui effunditur in Pontum. Singula flumina ſecundo et contra navigabilia. Nunc eſt Princeps ille Magnus in ea cogitatione, ut conſtituat certam officinam ſalium verſus Livoniam et Lituaniam. Vnde ſingulis annis unum auri milionem habere poterit, ſed fiet hoc maximo cum damno

Franciae, quia huc usque ſal ſuum iis in partibus expediebatur.

Ipſe ſolet mittere immenſam quantitatem omnis generis frumenti in regna Daniae, Sueciae et alia vicina loca, utpote verſus mare Caſpium, mare maius, et Pontum. Similiter etiam ſolet mittere magnam ferri, cerae, ſeui, omnisque generis lignorum, cineris, omnisque generis pellium copiam in maxima quantitate. Non habet opus rebus exoticis, verum cuncta domi habet. In ſumma eſt tantus tamque potens Princeps, ut vix aliquis credere poſſit, niſi quis in toto vel in parte viderit, et praeſertim ob obedientiam, quae ipſi praeſtatur a ſuis ſubditis, cum quibus non habet opus tractare de uno vel altero negotio, ſed abſolute imperat; atque felices ſe ſubditi ipſius reputant, quoties pro Principe non ſolum fortunas, ſed etiam vitam amittere contingit.

Soli Poloni ſunt, qui in apparentia illum parvi faciunt, resque ipſius contemnunt. Verum ipſe ridet ipſos poſſidendo ex eorum regno propemodum ducenta miliaria, hocque

factum fuit ſine evaginatione gladii, vel ſaltem ſigni dati recuperationis. Propterea cum ad ipſum eorum oratores veniunt, tractantur ut beſtiae, quod mihi quoque eventurum, dum eo iter facerem, multi ominabantur, et quodammodo mihi compatiebantur. Sed Vra. Illſa. Dntio. credat mihi in fide boni equitis, quod non potuerim melius Romae vel in Hiſpaniis tractari, ſi eo a Maieſtate ſua ablegatus fuiſſem. Nihilominus hoc non poſſum negare, quod frequenter mihi dictum fuerit, diverſam eſſe eorum tractationem ab ea, qua maiores ſuos amicos tractabant. Sed Poloni et certi alii innuebant hoc de Suedis, Tartaris et Turcis, qui a Moscovitis, prout merentur, tractantur. Haec volui veſtrae Illuſtriſſimae Dominationi de illo regno et de ſuo Principe ſcribere. Ac dum haec ſcriberem, pro certo intellexi, quod cum Lituani viderint tarditatem, irreſolutionemque ſuae Caeſareae Maieſtatis, miſerunt ad ipſum Principem Moscovitam oratores, ut cum eo tractarent, quo filium ſuum Theodorum iuniorem ipſis in Principem daret; Eisque perterrefaciet multos, multosque poſt ſe trahet.

Ego profecto, ſi Maieſtas ſua Caeſarea non eſſet habitura illud regnum, ac magnum illum Ducatum, cuperem ut ante alios omnes ipſe haberet, quia certe totum illud, quod ſupra dixi in principio, ad effectum deduci poſſit. Poſtea nos haberemus certam pacem cum Turca, vel tanto maiorem opportunitatem eius debellandi, poſteaquam ipſe Moscovita non maneret vel unicum diem cum illo in pace, ne dicam annum. Forſan hoc modo divina Maieſtas iam poſtremo nos vultiuvare, atque ab illo Tyranno liberare. Quod Dominus Deus faxit, qui conſervet et cuſtodiat Veſtram Illuſtriſſimam Dominationem, ſicuti ipſe deſiderat, diutiſſime.

Finis legationis Kobentzelii in Moscoviam anno 1577.

II.

JOAN. BASILLOVITZII
MOSCHORUM DUCIS
LITTERAE
AD
MAXIMILIANUM II. IMP. GERM.

In Codd. Mſs. hiſtor. prof. Bibl. Palat. Vindobonenſ. No. 132, fol. 566 usque ad 581. auf Papier.

Des Moscoviters Credentz-Schreiben.

Die waarhafftige, hailige, gebenedeyte Dreyfaltigkait, gebe allen rechtgſchaffnen Chriſten, ſo an ſy glouben, weyſzhait, komme zu vns auſz den hohen orten, vnd ſetze vns auff den rechten weg der ſelikayt. So wollen wier vnder deinem volck, von deinem willen reden, Derowegen preiſen wir vnſern Gott In der hailigen Dreyfaltickait, vnd bitten In vmb gnadt, damit wir den Scepter des Reüſziſchen Kayſerthumbs erhalten mügen.

Wir Groſzer Herr Cziar vnd Groſzfürſt Iwan Baſillowitz, aller Reüſzen ein Monarcha zu Wlodimier, Mosckau vnd Neügarten, Cziar zu Caſan, Cziar zu aſterkan, Herr zu aſterkan, Herr zu Ploſzkaw, Groſzfürſt zu Schmolenkauw, Twerſcky, Joharſkj Benzky, Wianzcky, Wullgarſcky, vnd anderer herſchafften ein herr, Groſzfürſt zu Neugarten Im Niderlandt,

Czeringarſcky, Rezanſcky, Poletzkj, Rotaureſky, Jaroslowscky, Pillascrscky, Obdorsky, Rindimscky, vnd der ganzen Sebeniſchen landtſchafft der Norden ſeidten ain gebieter, ain Erbherr deſz Lifflandts, vnd ain herr viler anderer landen, Schreiben an unſern treüwiſten bruodern Maximiliano dem andern von Gottes gnaden Römiſchen Kayſer, Iederzeit mehrer des Teütſchen reichs, zu Hungern, Behaimb, Dalmazien, Croazien, Sclauonien, vnd viler anderer lender ain König, Erzherzogen zu Oſterreich, Herzogen zu Burgundt, Brabandt vnd Steyrmark, Kärndten, Crain, vnd anderer lender, Marggraaff zu Mehrren, herzog zu Lüzelburg, In ober vnd nider Schleſien, zu Würtemberg, Schwaben, Graaffen zu Habſpurg, Tiroll, Kyburg, Görz, landtgraaff In Elſaſz, ainen monarchen des Römiſchen reychs, ain herr zu Burgundt, ouch ober und nider Lauſitz, vnd ain herr viler anderer lender.

Wier ſchicken zu unſerm bruoder, vnſere geſchlechte geſandten, vnſern hofdiener vnd ſtatthalter auff dem weyſzen ſee Knezen Sachary Iwankowitz, Pilloſersky, vnd vnſern

Secretarium Andreen Archibiſchoff, was derentwegen vnſere geſanten In unſern ſachen füerbringen werden, den ſelben wöllen E. lieb glouben geben, Geſchriben In unſerm hoff der herrſchafft vnd ſtatt Mosckauw, Im Jar noch erſchaffung der welt 7084 Im Monat January Indictione tertia, vnſerer regierung Im 43, des Reützicſchen kayſerthumbs Im 30, des Caſaniſchen Im 23, vnd des aſterkaniſchen Im 21 Jar.

Des groſzfürſten auſz der Mosckaw geſanten anbringen an die Rom. Kay. Mt. etc. beſchehen den 16. July Anno 1576 auff dem damals gehaltnen Reichstag zu Regensburg.

Gottes gnadt vnd die hailige Dreyfaltikeyt Ehren wir, Der groſz herr Herr, ouch Groſsfürſt Iwan Baſillowitz aller Reuſzen hat beuohlen, E. Kay. Mt. etc. ſeinem treüwiſten bruodern volgende ſachen für zue bringen.

Euwer lieb haben zue vns Hanſen Kowenzl von groſz Eck, Ritter, vnd Iren treüwen Diener Daniel Prinzen geſchickt, welcher vns vermelt, das E. l. mit vns begern bruoderliche

freündtſchafft vnd verwantnuſz zu machen, Geben unſerm treüwiſtem bruoder zue vernemen, das wir gleichfals noch ſolcher bruoderlicher lieb verainigung, domit die ſelbe möcht volnzogen werden, ain ſonderlichs verlangen tragen.

Vnd haben E. l. geſanten vns fürbracht vnd begert Demnach wir vormals an unſern treüwiſten und geliebten bruodern geſchriben, das uns nichts liebers, als domit der ſelben geliebter Sohn Erzherzog Ernſt zu Oeſterreich zum Königreich Poln vnd Groſs Fürſtenthumb Littauw kommen möcht, das wir ouch ferrner, domit es In das werck gerichtet wolten befürderlich ſein, vnd hiemit unſerm treüwiſten bruodern vnſere bruoderliche freündtſchafft erzaigen, dieweil gemelts Konigreich noch one herren were, Wan nuhn ſolches geſchehen, und E. lieb Sohn zu der Kron Poln kommen würde, wolte ſich vnſer treüwiſter bruoder Ertzherzog Ernſt mit vns wider alle vnſere feyndt Confederieren vnd verainigen, Es hat ouch E. l. an vns begert, das wir das Lifflandt, welches zu E. l. landt gehörig, widerumb einraumen, das kriegsweſen, biſz

E. lieb groſze abgeſanten zuo vns zuo freündtlicher vnderhandlung vnd tranſaction kommen möchten, einſtellen wollen.

Wie wir nun Ieder Zeit begert, Iſt ouch vnſer aigner wunſch mit E. lieb, als vnſerm geliebten bruodern In ainer ganz vertrauwten brüderlichen verwantnuſz lieb vnd freündtſchafft zu ehren, vnd vns wider alle vnſere feindt zu verainigen.

Vnd haben vormals E. lieb vnſern geliebten bruodern auſz ſolcher lieb vnd freündtſchafft geſchriben, das der Rhaadt der Kron Poln vnd des Fürſtenthumbs Littau an vns Ieren landtſchreiber Michael Herabundj geſchickt, vnd das wir, oder vnſer Sohn Ir herr ſein wolten gebetten, Deſzelben haben wier durch Iren geſandten widerumben zuo entbotten, das wier Inen ſolches zuo gefallen ſein, vnd eintweders für vnſer perſon das Königreich annemmen, oder aber vnſern Sohn zu Inen verfertigen wolten, da es aber auſz fürfallender vrſach vnd hindernuſz nicht ſein kunt, das ſie kainen andern, als E. l. Sohn Erzherzog Ernſten zue Oeſterreich für Iren Konig vnd herren annemmen wolten

welchs dan vns ſo lieb ſein ſoll, als wehre vnſer aigner ſohn erwehlt.

Do es Ihnen ouch gefellig, wollen wir allain das grosz Fürſtenthumb Littauw annemmen vnd Poln bleiben laſzen, vnd Iſt ouch noch vnſer mainung, damit vnſers geliebten bruoders geliebtem Sohn, die Kron Poln zukeme, Littauw aber ſambt Khyouf vnd den zuegehörenden heüſern zue vnſerer Moscouiſchen regierung möcht gebracht werden.

Lyfflandt betreffend, dieweyl das ſelb von Anfang vnſer geweſen, vnd von vnſern vorfaren auff vns geerbt, haben wier E. l. durch derſelben geſanten zu entbotten vnd begert, das E. lieb Ins Lyfflandt kain eintrag thuen wellen, bitten ouch Jezo vnſern geliebten bruodern vns ſolches zue gefallen ſein, vnd die bruoderliche freündtſchafft hiemit beweiſen wolten.

Auch haben E. l. geſandten von vns begert an die rhät der kron Poln zue ſchreiben, vnd ſy zu erinneren das ſie niemandt andern zu Jerem regiment als E. lieb Sohn Erzherzog Ernſten zue Oeſterreich erforde-

ren wolten, welches vns dan ouch, noch vermeldung E. lieb geſandten, zue groſzem nuz vnd frommen gelangen ſolle.

Auff ſolliches begern haben wier auſz ſonderer lieb, ſo wier gegen unſern treüwiſten bruodern tragen an ermelte herren geſchriben, das ſy zu einem König In Poln niemandt anders, dan E. lieb Sohn, erwehllen ſollen, Die herren des groſzen fürſtenthumbs Littauw haben wier erinnert, das ſy vns zum herren annemmen vnd ſich zue der Moscowiſchen herſchafft ſchlagen wolten, dan wir aigentlich entſönen, zu regierung der Cron Poln, vnd des groſzen fürſtenthumbs Littawen niemandt anders als E. lieb ſohn oder vnſern kommen zue laſzen.

Da aber die Littawiſchen herren vnd die ganz ritterſchaft von der Kron Poln vns abſünderen wolten, vnd erweleten ainhellig zue der Cron Poln vnd groſz Fürſtenthumbs Littaw E. lieb ſohn Erzherzog Ernſten, wollen wir mit ſolchem ouch zuefriden ſein, nur domit man mit vns, wegen der ſtreitigen grenz ſachen ain volziehung anſtellete.

Es ist vns aber an Jezo neüwlicher Zeit zu ohren kommen das die herren von der ritterſchafft der Cron Poln mit ainander vnains worden, dieweil etliche vns oder vnſern Sohn, die andern aber auff des Türgkiſchen Soldans ſchreiben vnd erinnerung, wellen den Siebenbürgiſchen waywoden zue Ierem herren erwellen.

Da nuhn die polniſche herren vber vnſer getane ermanung vns vnd E. lieb hindangeſezt, Ihnen zue ainem herren den ermelten Waywoden auff des Türgken erinnerung erwehlt, wurde ſolches vns beeden herren vnd allen Chriſtlichen potentaten zue groſzem ſchaden, den vngloubigen haidniſchen herren aber, zue groſzem aufnemmen gelangen, weyll derhalben die hohe notturfft ſein, das wier mit E. lieb als vnſerm treüwiſten bruodern der ſachen der maſzen zuegleich nachdenken, vnd für die handt nemmen, domit die Polniſche herren, den Siebenbürgiſchen Waywoden bleiben vnd niemandts als vnſer oder E. lieb ſohn zue Irer regierung kommen laſzen, Dan ſo ſy des Turgkiſchen Soldans erinnerung In acht nemen, wurde

ſolches, wie geſagt, vns vnd allen Chriſtlichen potentaten zue groſzem nachteil, den vnchriſten aber zue groſzer erhöhung geraichen.

Derowegen wollen wier mit E. lieb, als vnſerm treüwiſten bruodern, darauff bedacht ſein, domit die Cron Poln vnd groſz Fürſtenthumb Littaw niemandts andern als vnſern Söhnen erhalten werde, vnd wier mit E. lieb ein ſtandhaffte verainigung vnd rechtgeſchaffne verwantnuſz werden gemacht haben. So woll mit ſeiner Frſtl. Drl. Erzherzog Ernſten wan er die Cron an ſich würdt gebracht haben, wollen wir wider alle unſere feindt für ein Man ſtehn, von dieſen ſachen hat vnſer Rhat, hoffmaiſter vnd waywoda zu Thewer, Mickitha, Remanowitz neben den andern, ſo wir den andern Inen zugeornet, mit E. lieb geſanten geredt, ouch auff unſern beuelch etwas gewüſz ſchlieſzen vnd bekrefftigen wellen, da die Cron Poln vnd groſz Fürſtenthumb Littauw vnſern oder E. lieb Sohn zue ainem herren nit anzunemmen endtſünnen, das wir ſie mit

heeres krafft angreiffen vnd die ſelbige herrſchafft mit macht an vns bringen vnd bezwingen wellen, haben ouch mit Inen von den mittlen, durch welche ſolches beſchehen möcht, verrerer vnderredung pflegen wöllen. Es haben aber E. lieb geſante vnſerm rhatt vermelt, das ſie etwas hierinnen zue handlen kain beuelch hetten, könten ſich derowegen mit nicht erlaſzen, Es wuerden aber zue der maſzen groſz wichtige ſachen E. lieb geſanten mit genugſamer vollmacht dieſelben fürzunemmen, zu beſchlieſzen, ouch die brüderlich confederation vnd verainigung zu endtſchafft zue bringen, zu vns abgefertigt werden. Begern derwegen, das vnſer treüwiſter bruoder ſolche groſze geſanten mit gnugſammen beuelch ſolch ſachen abzuhandlen mit dem fürderlichſten abfertigen wölle, Begern ouch, wan E. lieb meine geſanten werden gehört haben, Inen ſolches durch Ire rhadt zu communicieren, vnd die groſz geſanten neben Inen mit dem ſchleinigſten zue vns abfertigen, Wan nun vnſers treüwiſten bruoders geſanten zue vns kommen,

wollen wier mit den ſelben alle ſachen mit freüntlicher tranſaction zu ainem gueten ende bringen.

Welche Chriſtliche potentaten ouch mit vnſerm treüwiſten bruoder In gueter verwantnuſz ſein, mit den ſelben begern wir vns ouch wider alle vnſere feindt zu verainigen. Bitten derwegen E. lieb darob zue ſein, damit neben Iren geſanten, ouch andere Chriſtliche potentaten, die Irigen ouch zue vns abfertigen, ſo wollen wir vns ouch mit Inen In alle guete freündtſchafft einlaſzen, vnd ain Confederation vnd verainigung wider alle vnſere feindt machen, ouch das ſelbig nach notturfft beſtetigen, wellen alſo darauff bedacht ſein, damit alle vnſere herren, vnd Chriſtliche potentaten, herrſchaften vnd Länder wider alle feindt In gutem friden vnd ruhe mochten erhalten werden.

Kaiſerlichs Decret an die Reichsſtendt, darjn Inen die jetz gemelt ſchrifft übergeben wirdt.

Die Römiſch kaiſerlich Mt. etc. vnſer aller gnedigſter herr, laſzen hieneben verwarten anweſenden Rhadten potſchafften vnd geſandten In Teütſcher Spraach communicieren, was neüwlicher tagen, des Groſzfürſtens auſz der Moſckouw, all hie ankommen abgeſandten, bey Ir. Kay. Mat. etc. In ſchrifften fürbracht vnd übergeben, mit dem freündlichen, genedigen vnd günſtigen geſinen, Sinttemal vnder andern darauſz ſo vill zue vernemmen, das gedachter groſzfürſt auff die lengſt vertröſt legation zum hefftigiſten dringet, vnd begert dieſelb Jezo als gleich mit ſeinen abgeſandten hinein zu fertigen, daneben ouch die geſanten ſelbſt vmb fürderliche expedition bey Irer Mt. etc. anhalten, Es wellen Churfürſten, Fürſten vnd ſtendt, ſampt den Rhädten, Bottſchafften vnd geſanten dahin bedacht ſein, domit der punct von den Leyfflanden vnd Reüſziſchen ſchickung Irer Mt. etc. propoſition bey dem

6ten Artickel eynverleybt, als one welchen der grosz fürst nit füglich beantwort werden kan, erlediget werde, das zu dem es allso die selbst notturfft erfordert, geraicht Irer Kay. Mt. etc. zu sonderm freindtlichen angenemben genedigen gefallen.

Decretum per Imperat. 18. July Ao. etc. 76.

Des Römischen reichs anwesenden Churfürsten, fürsten vnd stenden, ouch der abwesenden rhät botschafften vnd gesanten zuzustellen.

F I N I S.

Sacrae Caes. Mtis. responsum datum Legatis Principis Moschouitarum de rebus Polonicis et foedere contra hostes paciscendo: 24. July ao. 1576. Ratisbonae in Comitijs.

Die Römisch kaiserlich, ouch zu Hungern vnd Behaimb künigk. Mt. etc. vnser aller gnedigster herr hat nach notturfft angehört, was des Durchleüchtigsten Groszmechtigisten fürsten vnd herren, Herren Johan Basilowitz,

Herſchers der Reüſzen, vnd Groſzfürſten zu Wlodimier, Moscauw vnd Neüwgarten Irer Kay. Mt. etc. beſonder lieben freündts vnd bruders abgeſandten, neben übergebung ſeiner Durchleüchtikeyt Credentzbrieff, bey Irer Kay. Mt. etc. ſo mündtlich, ſo ſchrifftlich fürgebracht vnd geworben.

Vnd wiſzen ſich anfengklich Ir. Kay. Mt. etc. Dero ſchickung die ſy nechſt verfloſznes winters zu Ir. Durl. getan, vnd was dieſelb bey Ir geworben, vnd hinwider von Ir. Durl. In antwort empfangen, auſz beſchehner relation ganz wol zu erinnern, Thun ſich ouch deſs ſelben ſeiner Durl. erbietens gegen Irer Mt. etc. vnd dan gegen bemelten Irer Mt. abgefertigten rädte vnd diener perſonen vilfeltigklich erzaigten genaigten willens vnd wolhaltens ganz freüntlich vnd brüederlich bedanken, vnd wolten nicht liebers, dan das Ir. Durl. gegenwertige geſandten gleichermaſzen zu gutem genügen tractiert vnd vnderhalten würden.

Was aber ferrers Ir haubtſachlich anbringen, vnd erſtlich die nachperliche freündtſchafft vnd ainigung ſo ſein Durchleuchtikait

mit Irer Mt. etc. vnd dem hailigen reich zu machen vnd aufzurichten, vnd deſzwegen Ire fürnembe potſchaffter fürderlichiſt an ſy abzufertigen begert, anlanget, da zweifle Ir. Kayſ. Mt. etc. Sein Drl. etc. werde auſz hieuorigen Irer Mt. etc. vilfeltigen ſchreiben, ſo wol ouch Irer Mt. etc. nechſt In der Moscouw gehabter geſandten mündtliche anzaig vnd werbung genugſam verſtanden haben, wie begirig vnd wolgewilgt Ir. Kay. Mt. etc. allezeit geweſen vnd noch ſey, angeregte brüderliche verainigung In das werk zue richten; vnd zu demſelben ende Ire vnd des hailigen reichs anſehenliche geſanten In die Moscouw, ſo ehiſt Immer müglich abzufertigen.

Wan es aber biſz dahero allwegen an deme gemanglt, das Ir. Kayſ. Mt. etc. ſolche ding mit vorwiſzen vnd gutem zeitigen Raadt des heiligen Reichs Churfürſten, Fürſten vnd Stenden ze handlen gebürt, vnd aber dieſelben ſeit nechſt verfloſznes 70ten Jars der ringern Zal, nit bey einander geweſen, alſo das angeregte Legation, dauon Ir. Kay. Mt. etc. ſeiner Drl. etc. etlich malen vertröſtung

gethan, nit entlich hat richtig gemacht werden mügen, beuorab weyl ouch dazwüſchen die vnverſehne vnd ganz geferliche enderungen In der Cron Poln fürgefallen, So wollen ſich Ir. Mt. etc. darumben freündtlich vnd brüederlich verſehen, Ire Drlt. werden ſie diſzfals, vnd das ſich angeregte ſchikung vber verſehens vnd Irer Mt. etc. willen etwas lang verzogen, freündtlich entſchuldigt nemmen, Nun mehr, vnd dieweyl Jetzo gegenwertige gemaine reichsverſamblung vorhanden, darauf ouch Ire Kay. Mt. etc. ſolchen artickel vnder anderen mehr gemainen notwendigkayten proponiert, vnd In kurzem der Stendt antwort darauff erwarten, gedenken Ire Kay. Mt. etc. dieſelbig weiters nicht eynzuſtellen, ſonder ſeind entſchloſzen, Ob wol Ir. Mt. etc. mit derſelben Jetzt alsbaldt nit aufkommen vnd Ire potſchafter Irer Drlt. etc. begeren noch nit als gleich mit Dero abgeſandten hinein ſchiken künden, das dieſelben vnlangſt hernoch, vnd zum wenigiſten den ſchieriſt könftigen winter abgefertigt, vnd mit ſolchem beuelch verſehen wer-

den, das Ir. Drlt. etc. verhoffentlich damit begnügig vnd wol zufrieden ſein ſolle.

Allain begern Ir. Khay. Mt. etc. hiemit Ir. Drlt. freündtlich vnd bruoderlich ermanend, Ir. Drlt. etc. wollen In deſzen vnd biſz ſolche ſchikung beſchicht vnd die handlung deſz fridens vnd verainigung fürgenomben vnd freündtlich beſchlozen wirt, gegen den vnderthonen vnd armen betrangten leüten In liflandt nichts feindtlichs handlen, noch ſy ſonſten In ander weg wider herkommen beſchweren, In maſzen Ir. Kay. Mt. etc. ſolches durch nechſte abgeſandten bey Ir. Drlt. etc. ouch begeren laſzen, ouch Ir. Drlt. etc. freündtlich bewilligt, vnd wolle ſich Ir. Drlt. etc. an demſelben nit Irren, noch zu vnwillen bewegen laſzen was etwo andere Ire widerwertigen, ſich dero orten anmaſzen vnd erregen, domit das arme volcklin für Ire perſon nichts zue thuen, vnd darumben deſzelben ouch billich nicht entgelten ſolle.

Betreffend ferners die polniſche handlung vnd das Ir. Drlt. etc. auif der Kay. Mt. etc. erſuechen, an die Stendt der Cron Poln an-

gezaigter maſzen ſchreiben ergeen laſzen, vnd Irer Mt. etc. geliebten Sohn Ertzherzog Ernſten zue Oeſterreich Inen zum beſten beuolhen, darauſz ſpüren Ir. Khay. Mt. etc. vilgedachtes Groſzfürſten gegen Irer Mt. etc. vnd dem loblichen hauſz Oeſterreich tragende ſondere treüwherzikayt vnd brüederlich gemüth, deſzen ſie ſich dan gegen Irer Drlt. etc. ganz freündtlich vnd bruoderlich bedanken, Seind erbietig ſolches auf Jede zu tragende gelegenhait gegen Ir dankbarlich zue beſchulden.

Vnd wiewol ſich nach gelegenhait diſer Irer Drlt. etc. wie ouch Ir. Kay. Mt. etc. ſelbſt vnd anderer viler gutherzigen leüt Ermanung wol zuuerſehen geweſen, es ſolten die Stendt bemelter Cron Poln die ſachen nicht allain Inen ſelbſt, ſonder ouch In gemain der ganzen Chriſtenhait zue gutem beſzer bedacht, vnd ſolchen wolgemainten erinnerungen ſtatt geben haben.

So künden doch Ir. Kay. Mt. etc. obhochgedachtem Groſzfürſten freündtlich nit pergen, das daſzelbige alles, nit allain ſo vil bemelter Irer Mt. etc. Sohns perſon be-

trifft, nichts gefruchtet, ſonder ſeyen ouch Jeztbenante Polniſche Stendt guten theils dahin geraten, das ſy vngeachtet Ir. Kay. Mt. etc. ſelbſt, aus Götlicher ſchikung durch ordenliche wahl, vnd die mehrern ſtimmen zu könig der Poln erwehlet, offenlich proclamiert vnd aufſzgeruffen worden, Ir. Kay. Mt. etc. ouch vnlangſt hernacher, als Ir ſolche wahl durch der Stendt abgefertigte anſehnliche Potſchafter angekündet, vnd darüber verfertigt ordentlich Decretum zuebracht, ſich ſolches konigreichs Im namen des allmechtigen angenommen, vnd noch altem herkommen vnd gewonhait des Reichs das Jurament geleiſtet, dannoch wider ſolche rechtmeſzige, ordenliche wahl, Decret vnd Proclamation neüwe Conuenticul gemacht, vnd daſelb durch anſtifftung vnd ſondere practic der vnglaubigen, vnd zwar allain denſelbigen zuegefallen, den Batori wider Ir. Mt. etc. aufgeworffen, denſelben In geſchwinder eyl Ins landt bracht, vnd daſelbſt auf, neben angeſtiffter vermählung mit der Infantin, vermainter nichtiger weiſz zu konig gekrönt vnd aufgenomben.

Welcher nunmehr die ſachen, thails durch betrohung, thails durch offnen gwalt, thails durch ſondere haimbliche practicen ſo weit getrieben, das er nicht allain die Poln, ſonder auch die Littawer vnd Preüſzen, vnd ſonſten den mehrern teil deren, ſo Ir. Kay. Mt. etc. ſelbſt erwöhlet, vnd dahero gehorſam geweſen, an ſich bracht, vnd alſo faſt des ganzen Regiments ſich thätlich vnderfangen.

Dieweil es dan Je an deme, das dieſe vnbilliche handlung vnd eintringung des Bathori, des Groſzfürſten vermelden noch, neben ſonderer verklainerung ſo Irer Kay. Mt. etc. dardurch zuegefüegt, der ganzen gemainen Chriſtenhait zu groſzen ſchaden, der vnglöubigen aber zue mergklichem vortail vnd aufnemmen geraicht, vnd deſzwegen hoch von nöten ſein will, den ſachen zeitlich vnd dermaſzen nochzugedenken, das ſolchen vnzimblichen fürnemmen der gebür noch begegnet, vnd daheer beſorgender könfftiger vnhail der Chriſtenhait, durch getreüwe Zueſamenſezung abgewendet werde.

So wollen demnoch Ir. Kay. Mt. etc. auf dise des Groszfürsten wolmainliche erinerung nit vnderlaszen, solchen Ir. Drl. gethonen fürschlag vnd guetherzig erbieten, den benenten vnd anderen Christlichen potentaten zu wiszen zu machen, deroselben mainung darüber vernemmen, vnd alsdan die abfertigung vnd vertröste schikung Irer ansehenlichen Potschafften desto ehr befürderen, vnd durch dieselben Ir. Mt. etc. gemüth vnd mainung In diesem fall Ir. Drl. weiters endtecken, sich ouch mit derselben diser vnd anderer notwendigkaiten wegen freüntlich vnd brüederlich vergleichen, welchs dan durch Ir. Mt. etc. nechste abgesandte in mangl bevelchs, vnd das man der Zeit von disen Siebenbürgischen practicken vnd Irem fortgang noch so aigentlich nit gewiszet, nicht hat beschehen künden. Darumben ouch Ir. Drl. dieselben gesandten, das sie sich diszfals mit Iren rhäten nit einlaszen wöllen, gütlich für entschuldigt halten würt.

Vnd solches alles haben Ir. Kay. Mt. etc. auf vil hochgedachtes Ires sondern lieben freündts vnd brueders abgesandten Potschaff-

ter anbringung vnd werbung für diſzmals ſich In antwort erklären wöllen, des genzlichen vngezweiflten verſehens, Ir. Drl. werden domit, biſz zue ankunfft Irer Mt. etc. legation vnd fernern aigentlichen abhandlung der ſachen, Ires tails ouch freündtlich benügig ſein, vnd In dem gutherzigen bruederlichen zuevertrauwen, vnd freündtlicher nachperſchafft, darjn Sy ſich biſz dahero gegen Irer Khay. Mt. etc. vnd dem hailigen Reich, ſambt ouch Irem loblichen hauſz Oeſterreich erzaigt, vnd erbotten, noch fürters ſtandthafftig verharren, vnd ſich hinwider zue Ir. Kay. Mt. etc. anders nichts, dan alles freündtlichen wolgenaigten brüederlichen willens verſehen, Danebens ſeind ouch Ir. Kay. Mt. etc. den Potſchafftern vnd abgeſanten mit kaiſerlichen gnaden ganz wol gewogen. Geben zue Regenſpurg vnter Irer Kay. Mt. etc. aufgetruckten Secret Inſigl. den 24ten July Anno 1576.

F I N I S.

III.

A R S E N I I

ELASSONIS EPISCOPI

DESCRIPTIO ITINERIS IN MOSCOVIAM HABITI A JEREMIA II. PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO, UBI ET PATRIARCHATUS MOSCOVITICI INSTITUTIO NARRATUR.

(Der in *neugriechischer Sprache* geschriebene Codex dieser Reisebeschreibung befand sich vor der französischen Besitznahme Italiens in Turin, (Codd. Mss. Graeci No. 337) wurde in dem 1749 daselbst von Pasinus, Rivautella und Berta herausgegebenen, kostbaren, und selten gewordenen Werke: Codices Manuscripti Bibl. Regii Taurinensis Athenaei (gr. fol. 2 Vol.) vollständig abgedruckt und mit einer lateinischen Uebersetzung begleitet. (T. 1. p. 433–469) Beckmann (Litteratur der ältern Reisebeschreibungen Bd. 1. St. 3. S. 404—420) hat, nach jenen längst verschollenen italienischen Herausgebern, zuerst wieder auf die Wichtigkeit desselben aufmerksam gemacht — und so wäre denn ein neuer Abdruck der sehr treuen lateinischen Uebersetzung des neugriechischen (gegenwärtig in Paris befindlichen) Originals hier nicht am unrechten Platze.

Vorwort

der italienischen Herausgeber und Uebersetzer.

Codex CCCXXXVII. b. 1. 5. chartaceus, foliis constans 57. circa finem saeculi XVI. Describitur iter Jeremiae II. Patriarchae Constantinopolitani in Moscoviam, atque multis verbis narratur, quemadmodum ab eodem institutus fuerit Patriarchatus Moscuensis. Res omnes eo, quo evenerunt, ordine descripsit, itineris comes, Arsenius, Elassonis Episcopus, qui praesens omnibus adsuit, et cuncta, quae gesta sunt, accuratissime adnotavit, ipsamet referens verba, quibus usi sunt Theodorus Russorum Rex, et Irene Regina, eorumque legati, ac Patriarcha, ejusque comites. Admireris profecto Imperatorem honorificentissime Patriarcham Constantinopolitanum excipientem, Synodum in urbe Moscuae habitam, Jobum Rostovii Archiepiscopum ad Patriarchatum totius imperii Moschorum evectum, amplissima, quibus omnes cumulati fuere, Regia dona; atque haec omnia adeo diligenter, accurate et graphice descripta, ut quasi oculis subjecta videantur. Ex quibus dilucide constare potest, quanti faciendum sit praeclarum hoc historiae monumentum, quantaque ex eo lux derivari possit. Illud propterea publici juris facere operae pretium existimavimus, quum neque hactenus editum,

neque ejus ab ullo ſcriptore facta fuerit unquam mentio. Nobis tamen hac in re plurimum laborandum fuit: cum enim non multa diligentia exaratus eſt codex, tum ſermo, quo uſus eſt auctor, Graecus vulgaris eſt, ſeu *Romanicus*, ut appellant, multis vocibus barbaris ſcatens, quarum ſignificationem vix divinare potuimus. Quocirca veniam dabit Lector, ſi nonnulla Graeca vocabula non ſatis clare reddita ſunt, vel communibus Latinis vocibus expreſſa.

Labores, et iter humilis Elaſſonis Archiepiscopi Arſenii, ubi et Patriarchatus Moscovitici inſtitutio narratur.

433 Scias velim, frater, quod die prima Maii dum in caſtro Lobi verſarer, perlatae fuerunt ad me litterae ſanctiſſimi Patriarchae Conſtantinopolitani Jeremiae, ſapientis viri, quem alterum Jobum dixeris, atque prophetae Jeremiae perfectum imitatorem. Scribebat autem ſe
434 illinc diſcedere, atque maximum Poloniae Cancellarium Johannem convenire, ut ab ipſo, atque Poloniae Rege literas acciperet, quibus Poloniae, atque Lithuaniae fines egredi poſſet, et ad Maximum Ruſſiae Regem Theodorum Orthodoxum, potentia, et magnitudine prae-

ſtantem, proficiſci. Statim igitur ut literas legi, ſummopere gaviſus ſum, et ſurgens e lecto, ac celeriter me ad iter comparans, equos, et currus emi, ceteraque omnia uſui opportuna parata habui. Non poſt multos dies ad Poloniae fines advenit Patriarcha, miſitque ad ipſum Cancellarium viros, ac literas, enixe deprecans, ut in caſtrum ſuum Zamosci venire non dedignaretur. Quum audiſſem eum transiviſſe, et ad Cancellarium venire, properavi, ut Zamoscium praevenirem. Itaque media Paraſceve a caſtro Lobi disceſſi, atque Dominica die Zamoscium perveni, ibique Patriarcham adlocutus ſum, ſummaque veneratione, maximoque cultu excepi, caput et genua amplexus. Vigeſima Maii Dominica die cum benedictionem, abſolutionemque largitus eſſet, juſſit me aſſidere, multosque mecum ſermones habuit moeroris plenos, adeo ut prae dolore flerem, dum varios labores narraret, quos paſſus erat apud Turcas in urbe Rhodi, ubi exulabat. Tum vero mihi ſubjecit: Quomodo res tibi ſuccedunt cum hisce Polonis. Optime, inquam, domine mi, benedictionis tuae praeſidio. Tunc ipſum interrogavi, num et ego

ad Maximum ſupremum Ruſſorum Regem cum eo venire poſſem: ipſe vero ſuaviter reſpondit, veni mecum, fili mi, ut Ruſſiam proficiscamur.

Cancellarius interea clariſſimus illum, ejusque familiares et qui cum ipſo erant, humaniſſime excepit, plurimoque amore complexus eſt, atque inde multis honoris ſignis illum dimiſit, ut iter ſuum proſequeretur, obtentis a Rege literis, quibus Poloniae fines egredi poſſet, pluribusque nos commendavit, donec Bereſtum usque ad confinia perveniſſemus: quam ob rem cum in media Polonia, atque Lithuania verſaremur, ubique nos benigne, comiterque exceperunt. Illinc egredientes, ut Vilnam pergeremus, viris aliis commendarunt per itineris curſum. Quinque dierum ſpatio Bereſto Vilnam pervenimus, hoſpitio ſemper excepti.
435 Ut autem adventum noſtrum nobiles, aliique perceperunt, omnes a minimo usque ad maximum in occurſum proceſſerunt. Et plures quidem vidi nobiles viros, multis abundantes divitiis; at unus ceteris omnibus longe praeſtabat. Hic conſiliarius erat clariſſimi Poloniae Regis, totiusque Lithuaniae magnus Logotheta. Pocarpem dicunt nobiliſſimum

hunc virum Orthodoxum, ceteris praestantem." Ibi porro duodecim dies diversati sumus, benignissime excepti, multisque honoribus affecti, ut benedictionem a nobis impetrarent. Nobilissimus autem, gloriosissimusque prae ceteris Pocarpes multis, variisque modis maximum erga nos amorem contestatus est.

Inde cum digrederemur, atque Orsiam versus, extremum Lithuaniae castrum prope Russiam, iter nobis capessendum foret, pluribus itidem in itinere viris nos commendarunt. Decem dierum spatio illuc pervenimus, et hospitio excepti fuimus: inde beneficiis pariter cumulatos nos homines illi dimiserunt usque ad Russiae oppida, in castrum, quod Smolenscum appellant, praeclarum, maximumque prope Borysthenem. Voivodes ab ea civitate, in qua versabatur, viros misit, qui nos domum suam extra moenia civitatis intra rerum venalium forum ducerent, ibique maximo nos in honore habuerunt. Iterumque legatos misit, ut omnes describeremur, et singulis demensum frumentum honorifice adsignaretur, quod impletum est; viros insuper emisit, qui celeriter profecti Maximo Regi nuncium ferrent.

Singulis vero diebus multas nobis exquiſitas dapes ipſe, locique Epiſcopus ſuppeditabant, ſimiliterque frumenti menſuram unicuique ſecundum proprium ordinem diſtribui juſſerant.

Ubi ad Regis aures adventus noſtri fama pervenit, viros illico miſit, qui nos comitarentur: iidemque literas tulerunt ab ipſomet Rege Patriarchae ſcriptas his verbis:

Theodorus Orthodoxus Maximus Rex Vo-
lodimeriae, Moscoviae, Magnae Ruſſiae, Aſtra-
cani, Cazani, Magnae Novoguardiae, et Rheza-
niae maximae, totiusque Septentrionalis regio-
436 nis, vaſtiſſimaeque Siberiae. Obſecro te, do-
mine mi, deprecorque, ut Moſcham venire
labores, ut fructu benedictionis tuae frui
poſſim. Tunc Epiſcopus, et Voivodes ad Ec-
cleſiam, quae erat in civitate, nos duxerunt,
ibique die ſabbati, cum feſtum incidiſſet Co-
ryphaeorum Petri, et Pauli, divinam liturgiam
peregimus. Inde arrepto itinere cum Regiis
legatis Moſcham progreſſi ſumus, victu nobis
ubique Regiis ſumtibus parato, celeriterque
iter perficere curavimus.

Decem dierum ſpatio Moſcham civitatem pervenimus, celeberrimam, atque praeclaris

aedificiis ornatam. Multi nobis occurrerunt nobiles viri, ceterorum autem hominum infinita prope multitudo; et in domum Episcopi Magnae Rhezanae nos exceperunt.

Interim Rex nobilitate praeſtantes viros, aliosque plurimos ſuperioris ordinis ad nos miſit; ſingulisque diebus Regio ſumptu mensa optimis, variisque dapibus inſtructa parabatur, atque tricliniarchae, coqui, pincernae, aliique omnes minores majoresque aptiſſime inſtructi erant. Vocavit autem Rex Magnum Patriarcham, ut ad Regale palatium veniret, plurimosque viros margaritis omnes circumveſtitos, aureisque ſtrangulis coopertos, ſplendideque ornatos miſit. Igitur Patriarcha ſtatim palatium verſus ſeſe contulit. Praecedebant nobiles minores majoresque, retro autem ſequebantur Monachi nigra veſte induti, medii vero cum Patriarcha nos legati incedebamus, Monembaſienſis Metropolita, et ego Elaſſonis Epiſcopus, humilis Arſenius ab Hellade profectus. Hoc comitatu ad Regalis palatii ſcalam pervenimus ampliſſimam, ornatiſſimamque. Ibi pedibus procedendum fuit ut in ſuperius aſcenderemus, ibique rurſus praeclarum nobis

Regis nuncium tulerunt digniſſimi nobiles viri, atque haec Regis nomine effati ſunt.

Theodorus glorioſiſſimus, magnus Rex, atque Imperator Maximus magnae Ruſſiae te Patriracham obſecrat, atque precatur, ut in ſuperiorem palatii partem ascendas.

Sanctiſſimus Patriarcha ſic illis reſpondit. Regis mandatum nulla interpoſita mora adim-
437 pleatur. Illinc igitur ſtatim proceſſimus, atque in ſuperiorem partem domus ascendimus cum ingenti nobilium comitatu.

Miſit rurſus Maximus Rex praeclaros viros binos Logothetas, qui ſumma cum obſervantia locuti, Regis verba Patriarchae retulerunt. Theodorus Rex, Imperator maximus, Rex Regum, totiusque Ruſſiae obſecrat, atque precatur, ut ad ipſum venias: ſummo enim videndi te deſiderio flagrat, tuamque benedictionem exoptat: quibus divinus Patriarcha Oecumenicus Conſtantinopolitanus reſpondit: Regium mandatum ſtatim impleatur, Rexque in aeternum imperet.

Tunc duo ipſum ſub alis ſuſtentare coeperunt, donec ad limina pervenimus palatii, auro circumquaque fulgentis. Ibi maximus

Rex ſuper thronum ſedebat, quumque nos vidiſſet, ſtatim e throno ſurrexit, ſceptrumque manu tenens deſcendit.

Patriarcha prope Regem ſtetit; aſt primum praeclaram imaginem totius mundi Dominae, atque patronae Sanctiſſimae Deiparae, carbunculis, lapillis, adamantibus, ſaphiris, topatiis, aliisque plurimis margaritis ornatam, quae intra Regis thronum paullulum ipſi Regi ſupereminebat, veneratus eſt. Poſtquam vero venerandae imagini reverentiam exhibuit, prope Regem ſtans, ſanctum manum extulit, multaque Regi fauſte precatus eſt, longaevam ut vitam duceret, atque longe lateque Imperii fines protraheret, ut in regna omnia dominaretur, ejusque nomen in Orientis, atque Occidentis partibus coleretur; denique ut ſui generis ſucceſſorem relinqueret, qui ſolium occuparet.

Tunc Maximus Rex, caput diademate, atque corona pulcherrime circumdatum inclinans, Patriarcham veneratus eſt, atque his verbis eum eſt allocutus. Gratias tibi ago, Domine mi Patriarcha; Deusque ſuper omnia 433
benedictus, cuncta, quae mihi adprecatus es,

ſinu ſuo ferens, votis tuis benigne annuat: poſt quae adjecit: Opportune, Domine, advenisti, atque in diebus Imperii mei ſanctitas tua regnum hoc inviſit. Poſtea ſublimem thronum, aureumque Rex aſcendit, atque edixit, ut Patriarcha a dextris ejus ſummo cum honore ſederet, pariterque nos ad latus dexterum Patriarchae aſſidere juſſit. Sedens in ſolio manu dextera elatum tenebat honorificum ſceptrum affabre elaboratum, atque lectis lapillis, topatiis, gemmis, decoris carbunculis, magnis adamantibus, lucentibusque ſaphiris circumdatum; et ad latera praegrandem habebat ſphaeram ex auro conflatam, in quo totius terrae ambitus ſignatus erat. Ceteri autem omnes, ſive Cneſes, id eſt Provinciarum Toparchae, ac Duces, ſive nobiles, atque univerſi Monachi, maxima obſervantia adſtabant.

Surrexit iterum Rex, dixitque: Benedic mihi, Deſpotà clariſſime: quocirca accedens Patriarcha rurſus benedixit, et fauſta precatus eſt, ut ſanctam, atque longaevam ageret vitam.

Poſtea Regem venerati omnes Patriarcha, et nos, maximo affecti honore diſceſſimus, multisque viris ſtipati domum regreſſi ſumus,

in qua diverſabamur cum nobilibus viris non paucis. Ibi poſtquam dies, hebdomadasque cum Regiis praeſtantibus viris pluribus commorati fuiſſemus, ſignificavit Patriarcha, ſe illinc abire velle, et ad ſedem ſuam Conſtantinopolitanam redire. Tunc clariſſimus Archon primus inter Barones Regis, atque Reginae *Μαίμων*, et maximi Caſani, cujus regionis fama per omnes terrae partes celebratur, Dux ad Patriarcham reverenter acceſſit, dexteramque ejus osculatus, Regis, ſanctiſſimaeque Reginae verbis ſalutem nuntiavit.

Patriarcha cum fauſta precatus eſſet, quomodo valerent, interrogavit, cui nobilis vir reſpondit: Optime, divina opitulante gratia.

Poſtmodum ſurgens non ſine timore, at- 439
que reuerentia Patriarchae miro ordine retulit
ſermones, quos ad ipſum habuerat Maximus
Theodorus magnae Ruſſiae Rex.

Maxime Patriarcha Conſtantinopoleos Oecumenice, Sanctorum Sanctiſſime, oro, obteſtorque, ut ſermones hosce, quos ad me habuit Rex, benigne excipias. Theodorus potentiſſimus, Maximus Rex Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae te obſecrat, atque deprecatur,

ut in hac Moscoviae regione velis moram figere, atque Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Russiae Patriarcha vocari, unde potiori ratione Oecumenicus appellabere; quam ob rem abundantissimum, innummerabilemque omnino censum tu, ceterique, qui tecum sunt atque congeneres tui habebunt.

Haec cum audisset Patriarcha, istud ex tempore responsum dedit. Theodoro maximo Regi, Dominaeque Reginae Ireni plurimas habeo gratias pro summa erga me benevolentia, atque observantia, quodque regnum suum illustrare cupiant, propriumque habere Patriarcham exoptent, ex quo maximum ubique terrarum decus constabit. Verum eorum vota impleri nequeunt; me enim praestolantur minores omnes, majoresque, Episcopi, presbyteri, et monachi universi, et quotquot Constantinopoli commorantur: attamen, ut Regis desiderio aliquo modo fiat satis, servatis legibus, et Episcoporum consensu, alius hic eligatur. Ad haec vehementer indoluit nobilis inter Barones vir, Patriarcham manere non posse, atque discedendi facultate impetrata in palatium se contulit, ut Patriarchae dicta Regi

referret: et quidem cum illuc perveniſſet, omnia, quae a Patriarcha audierat, ex ordine narravit.

Rex ubi haec intellexit, maximo moerore
affectus eſt; quid, inquit, nunc conſilii capie-
mus? Verum omnipotentis Dei, ipſiusque
Patriarchae voluntati indulgendum eſt; con-
veniant itaque Epiſcopi omnes, atque Archi-
mandritae maximi, cunctique praefecti.
Quamobrem ſtatim edixit, ut Epiſcopi omnes,
atque praefecti adeſſent in palatio. Convene-
runt igitur Epiſcopi univerſi, et Archimandri- 440
tae maximi, omnesque praefecti, atque in aulae
medio coram Rege Synodum coegerunt, in
qua una voce omnes ſignificarunt, rem ſibi
fore maxime acceptam, ſi vellet Patriarcha
Conſtantinopolitanus Oecumenicus toto vitae
ſuae curſu Patriarchatum in eos exercere,
illosque ſub ſua ditione habere.

Tunc Rex, Epiſcopi, ceterique omnes Synodum celebrantes nobilem virum Andream Tzalcanem aetate provectum, mirabili prudentia, doctrina, et virtute praeditum, celeberrimumque, nec non germanum ejus fratrem nobilem Baſilium miſerunt, qui Synodi decre-

tum Patriarchae referrent. Hi quum ad Maximum Patriarcham, virum ubique terrarum numquam ſatis commendandum veniſſent, manus primum, et caput, ac genua complexi ſunt, et ab ejus dextera benedictionem acceperunt. Poſtea totius Synodi, Regisque Conſilium ipſi aperuerunt his verbis.

Benignas, quaeſumus, aures praebe ſanctiſſime, divineque Patriarcha. Theodorus Rex, qui Ruſſiam peramplam ab Oriente usque ad Occidentem, univerſamque Septentrionalem regionem imperio ſuo moderatur, et Epiſcopi, praefectique, quotquot in Ruſſia ſunt, te deprecantur, et obſecrant, ut Imperii hujus Patriarchatum toto vitae tuae tempore exercere velis; propter quod eximia dona, regiones, civitates praeclaras, parvas, magnasque, et frumenti menſuram a Rege, et aſpra Nogratia mille ſingulis diebus conſequeris; viris etiam, qui tecum ſunt, propriae conſtituentur regiones, ut maximo in honore ſint, multisque facultatibus, ac omnibus ad uſum neceſſariis abundent. Haec locuti, Patriarcham venerati ſunt.

Ipſe autem ſic eos affatus eſt. Theodoro maximo Regi, ſanctaeque Reginae Ireni pluri-

mas, quas poſſum, refero gratias pro munifi-
centiſſimo eorum erga me animo, pariterque
Sanctiſſimae Synodo, quod regnum hoc illu-
ſtrare ſtudeant, mihique ejus Patriarchatum
votis ſuis deſtinarint. Verum fieri nullo modo
poteſt, ut ego hic maneam, atque Moscoviae
Patriarchatum in me ſuſcipiam. Epiſcopi
enim, Presbyteri, atque Cives univerſi Conſtan- 44r
tinopolitani a minimo usque ad maximum
nunc ad me miſerunt, ut ad eos revertar.
Quapropter Regem celeriter inviſam, ut ſtatim
proficisci queam, et ad Eccleſiam, quam ve-
luti matrem ſuſpicio, me conferam, eamque
infirmam, atque conſenescentem tuear, et plu-
rimos, ac praeſtantes illius filios maximis bo-
nis, et divitiis ab ea cumulatos, ſuſtentem, qui
modo eam prope dereliquerunt, neque ſatis
conſiderant, quod facultates omnes ab ea ac-
ceperint, neque ſolamen ullum praebere
curant. Ego igitur primus ejus filius, fratrum
meorum ultor, et cuſtos, matris meae ſene-
ſcentis curam gerere malo, ut ſanctam ejus
benedictionem promerear, digneque bonorum
omnium haereditatem accipiam, quod ſane
illius votum eſt. Verum ejusdem matris meae

voluntate, atque fratrum omnium meorum consensu, servatis legibus, ex ordine, Patriarcham universae Russiae constituam, ut Regis voluntas impleatur, totiusque praeclarae Synodi Russorum voto satisfiat.

Legati Patriarcham venerati, ad aulam perrexere, ut Regi, totique Synodo haec referrent. Cum relata audivissent, omnes Episcopi, et Presbyteri, a minimo usque ad maximum, ingenti dolore correpti sunt, dicebantque, quid consilii modo superest, nisi ut Dei omnipotentis, ipsiusque Patriarchae voluntati morem geramus?

Rursus itaque binos Episcopos venerabiles, atque prae ceteris virtute insignes miserunt, qui maximo cum honore ad Patriarcham Constantinopolitanum venerunt, et reverenter sanctam ejus manum osculati, Regis nomine salutem nuntiarunt.

Maximus Russiae Rex, et Domina Regina Irene, et Episcopi, ceterique in Synodo congregati, sanctitati tuae salutem plurimam dicunt. Illud persuasum habe, Domine mi, Regem, ceterosque omnes a minimo usque ad maximum vehementi dolore affectos fuisse;

propterea quod hic manere, atque Patriarcham totius Ruſſiae Oecumenicum renunciari nolis, ſimulque divitias multas, et ingentes facultates, civitates, plurimasque regiones parvas, magnas- 442
que poſſidere, et inſuper frumenti menſuram a Rege, et aſpra Nogratia mille ſingulis diebus accipere, quo in rerum ſtatu civitates etiam, inſignia decora, divitiae, ceteraque ad vitam neceſſaria iis, qui tecum ſunt, non defuiſſent. Quandoquidem vero moram hic figere, ac Ruſſiae Patriarcha fieri nequis, omnes te minores, majoresque, Rex, Regina, Epiſcopi univerſi orant, obteſtanturque, ut eum, quem Rex, ceterique elegerint, Maximum Moscoviae Patriarcham conſtituas; atque omnino precantur, ut modo ad Metropolitanam Eccleſiam venire non pigeat, ad electum Patriarcham renuntiandum, cujus deinde fama totum per orbem late pervadat.

Ad haec celeberrimus, maximusque Conſtantinopolitanus Patriarcha Oecumenicus Epiſcopis illis a Synodo legatis reſponſum dedit. Dei omnipotentis per omnia benedicti, cujus ſane conſilium eſt, et Maximi Regis magnae Ruſſiae, Volodimeriae, Moscoviae, atque uni-

verſae regionis ſeptentrionalis, tum venerandae Reginae Dominae Ireneis, nec non Epiſcoporum, et ſynodi voluntas impleatur.

Tunc vero ad Metropolim perreximus, cumque omnes a minimo usque ad maximum, Rex, Epiſcopi, nobiles viri, Archimandritae maximi, univerſique praefecti nobis occurriſſent, tandem progreſſi ad Eccleſiam pervenimus, mirum ſervantes ordinem; et primum quidem Epiſcopi pallio ornati, tum presbyteri, et diaconi ſacris veſtibus induti; omnesque facta ſalutatione Eccleſiam ingreſſi ſumus. Patriarcha in throno conſedit; Epiſcopi autem in ſanctuario, ubi ſedes poſitae erant, proprias ſinguli occuparunt, atque una cum Epiſcopis ſedit Monembaſienſis Metropolita Ierotheus, et ego pariter humilis Arſenius Elaſſonis Epiſcopus ex Hellade profectus.

Ibidem autem nos ſecundum ordinem tres Epiſcopos elegimus, ut eorum unus Patriarcha eligeretur, ſingulique Epiſcopi nomen propria manu ſcripſerunt, quod ipſis viſum eſt.

Deinde ſurreximus, atque hinc abeuntes ad
Patriarcham venimus, ejusque lateri adhaeſi-
443 mus. Quumque Rex per nuncios advocaſſet,

illinc cum Patriarcha difcedentes in aulam perreximus, ubi ad limen usque Rex in occurfum venit, acceptaque a Patriarcha benedictione capitis, pectoris, et dexterae, altiffimum folium confcendit, et Patriarcha propius fedit, ac deinceps confederunt Epifcopi omnes, ceterique, qui aderant, nobiles viri, atque praefecti. Tunc furrexit divinus Patriarcha una cum Theodoro magno Ruffiae Rege, et Patriarcha electos Regi exhibuit, ut eorum unum eligeret. Rex vero electos cum reverenter accepiffet, Deum optimum maximum elata voce primum adprecatus eft. Gratias tibi ago, nomenque tuum et optimam providentiam, prudentiffimumque confilium fummopere veneror, propterea quod ad nos mittere dignatus es maximum Patriarcham Conftantinopolitanum Oecumenicum, eo quidem voluntatis propofito, ut Regno huic noftro Patriarcham praeficeres. Rurfus etiam maximo Patriarchae gratias egit, ipfum fic adloquens. Gratias plurimas habeo fanctitati tuae, Domine Patriarcha Conftantinopolitane, quod regnum hoc noftrum Ruffiae adveneris, atque Moscoviam praefentia tua cohoneftare volueris; nunc

obſecro, ut Jobum metropolitam totius Ruſſiae Patriarcham renunties.

Patriarcha his verbis Regi reſpondit, ipſumque ſic affatus eſt. Faxit Deus omnipotens pro infinita, qua res omnes gubernat, providentia, ut tua impleantur vota, omniaque proſpere ſuccedant; neque dubium ullum mihi eſt, quin hoc, quod tantopere cordi habes, Deus ſuper omnia benedictus, eximie perficiat.

Tunc ſalute data illinc disceſſimus, et domum reverſi ſumus. Quinta die ſuffragiis confirmata fuit electio Jobi in Patriarcham Moscoviticum. Dominica die rurſus venerunt Epiſcopi, atque nobiles viri aulici multi, clariſſimique.

444 Inde profecti omnes a minimo, usque ad maximum in Eccleſiam convenimus, et Patriarcha quidem praegrande pulpitum aſcendit, quod in medio Eccleſiae contra altare ſtatuerunt, duodecim gradibus decore ornatis diſtinctum. A ſummitate ſolii usque ad ſacrum altare extendebatur villoſum ſericum, quod auro, et nigro, coccineo, caeruleo, varioque colore contextum erat. Sedes quoque paratae erant, quibus Patriarcha, atque Theodoſius

Magnae Ruſſiae Rex aſſiderent, tum aliae in gradibus recto ordine diſpoſitae Epiſcopis omnibus. Ibi Patriarcha veſtibus magnae Eccleſiae indutus eſt, acceptamque pulcherrimam, ac pretioſiſſimam mitram, capiti impoſuit: nos vero cuncti ſanctuarium ingreſſi ſacras veſtes induimus, pariterque mitras praeclaras, non parvi pretii nobis traditas capiti impoſuimus. Veſtibus ita amicti ſcamnis conſedimus, et Patriarcha, atque Rex proprium occuparunt ſubſellium.

Interea miſſi ſunt duo Diaconi ceteris praeſtantiores, Leontius nempe magnae Eccleſiae diaconus, alterque diaconus magnae Ruſſiae, qui Epiſcopis retulerunt Patriarchae, Regisque mandatum, ut bini ad proprias ſedes ex ordine procederent: quocirca cuncti recta profecti ſumus, et ſinguli ordinatim proprias ſedes tenuimus. Poſthaec biceps pulvinar pulcherrimum prope ſacrarii portam poſuerunt, ubi erant armati viri, diligenter locum cuſtodientes, donec adduceretur praeclarus vir omnium ſuffragio electus, Jobus nomine, animi ſanctitate praecellens, Epiſcoporum maximus, Moscoviae Metropolita. Adfuit igitur

ille, ſeditque ſuper pulvinar, et inde reverentiam omnibus exhibuit; poſtea ingens liber allatus eſt, ut coram omnibus divinum ſymbolum proferret, et coram Patriarcha, cunctisque Epiſcopis ſymbolum alta voce recitavit. Patriarcha autem, Rex, et Epiſcopi interea ſederunt.

445 Tunc vero Protopapas magnus, et maximus Archidiaconus magnae Eccleſiae eum ante Patriarcham adduxerunt, qui ſpiritus Sancti gratiam prolixa precatione ſuper eum invocavit, ut magnae Ruſſiae Patriarcha deinceps foret, et oſculum de more dedit ei, quod et a ſingulis Epiſcopis praeſtitum eſt. Deinde prope Patriarcham conſedit, donec minor ingreſſus (ſeu itnroductio libri Evangeliorum) fieret; quibus abſolutis Epiſcopi omnes, presbyteri, atque praefecti venerationem eidem praebuimus.

Sanctuarium omnes ingreſſi hymnos, et reſponſoria ibidem canere coepimus, eodemque tempore ſcamnum coram menſa poſitum eſt, et magni Patriarchae, maximique Regis Volodimeriae, Moscoviae, ac totius ſeptentrionalis regionis celebratae ſunt laudes. His abſolutis

elata voce triſagium τό δύναμις cecinerunt pſaltae, magnus nimirum Domeſticus Paſchalis ex Conſtantinopoli, ceterique cum eo Patriarchae cantores.

Completo hymno triſagio, Patriarcha univerſo coetui benedictionem impertitus eſt, et electus Jobus a dextris Patriarchae ſtetit, qui alta voce Jobum electum divinum metropolitam renuntiavit his verbis.

Divinitus affluens gratia ex metropolitano throno te altius evehat, ut Patriarcha ſis Volodimeriae, Moscoviae, totius Ruſſiae, omnium Hyperboraeorum, et univerſae ſeptentrionalis regionis. Cuncti vero Epiſcopi, et presbyteri gratias agebant, elataque voce Kyrie eleiſon, ſimiliterque τό dignus a minimo usque ad maximum una cum praefectis canebant.

Abſoluta divina inſtitutione, ſinguli Epiſcopi, presbyteri, et bini Patriarchae, praefecti, atque Archimandritae divinam liturgiam peragere aggreſſi ſunt, et myſticas ſacras preces fuderunt, ac Patriarcha maxime ad Deum clamabat. Poſt ſacram liturgiam cuncti divini corporis communione refecti ſunt, omnibusque 446

expletis ſacras veſtes exuimus in ipſo altaris ſepto. Patriarchae vero ambonem relinquentes indumenta ſacra pretioſiſſima, praeſtantiſſimaque, margaritis, lapillis, adamantibus ornata pariter depoſuere, acceptoque pallio conſederunt, et nos ad eos acceſſimus.

Rex autem Patriarcham Ruſſiae multis cumulavit donis. Surrexit enim, et una cum eo ſurrexere bini Patriarchae, Epiſcopi, Praefecti, atque Archimandritae; juſſitque novum Patriarcham pallium exuere, et ipſe propria manu elegantiſſimum Encolpion (thecam nimirum ſanctorum reliquias, aut vivificae crucis particulas continentem, quae e collo geſtabatur in pectore) ex aureo pendens funiculo impoſuit; iterumque propriis manibus ſplendidiſſimum, multique pretii pallium ex villoſo ſerico Venetiis allato, lapillis pretioſis, plurimisque adamantibus a vertice ad pedes usque exornatum largitus eſt. Tum lineas dedit candidas rubeis intextas, nec non electos lapides, multasque margaritas. Similiter Calimauchium album lectis lapillis, atque margaritis ornatum dedit, quod in ſuperiori parte ſupra verticem venerandam Servatoris Chriſti

Jeſu crucem praeferebat. Erat autem multis
carbunculis, ac rotundis margaritis, topatiis,
gemmis, magnisque adamantibus exornatum;
et circa medium, ac ſummitatem inſcripta
erant haec verba, Regis donum Patriarchae
Jobo. Baculum inſuper praeſtantiſſimum au-
reum, multi pretii, pulcherrimumque, pretioſis
lapidibus, et plurimis margaritis decoratum,
et quatuor in nodos diſtinctum. Poſtea hos
ſermones ad eum habuit. Domine Sanctiſſime,
Venerande Patriarcha, Pater patrum, totiusque
Ruſſiae Primas, Magnae, inquam, Ruſſiae,
Volodimeriae, Moscoviae, Septentrionalium
regionum, Aſtracani, Cazani, Magnae Novo-
guardiae, atque Rhazani, totiusque Siberiae
Patriarcha. Primatum ſupra ceteros Epiſco-
pos ad te ſpectare declarat Majeſtas mea,
edicitque, ut in poſterum admirandum ſaccum 447
geſtes (veſtem nempe Patriarcharum manicis
carentem, corporique aſtrictam inſtar ſacci)
mitramque, ac magnam cappam, atque per
omnia Imperia, regna, et dominatus Patriarcha
renuntieris, nec non aliorum Patriarcharum,
Conſtantinopolitani, ceterorumque frater ha-
bearis.

Eodem tempore benedictionem accepit a Moscoviae, ac Volodimeriae Patriarcha, ſimulque pſaltae canora voce Regis, et magni Patriarchae Conſtantinopolitani, juniorisque Patriarchae Moscovitici laudes celebrabant.

Exinde diſceſſimus, atque in aulam, quae tota erat auro ſtrata, aſcendimus, omnesque Rex, Epiſcopi, ac bini Patriarchae, praefecti, nobiles, atque Archimandritae ad menſam conſedimus.

Primum quidem ſedit Rex, deinde Conſtantinopolitanus Patriarcha Oecumenicus, tertius recens electus Patriarcha Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae, poſtea Epiſcopi omnes, ſuo quisque ordine, univerſique praefecti, tum nobiles omnes, qui aderant, clariſſimique Duces. Sederunt etiam Nobiles Iberiae, qui inde legati fuerant, ut Moſchorum Regi debitum venerationis cultum praeberent, atque vectigal penderent, eique tanquam Regi, atque legitimo Domino ſe ſubditos teſtarentur, aeternam obedientiam polliciti.

Quum igitur omnes memorati viri, Rex, Epiſcopi, atque praefecti conſediſſent, verſus canere coeperunt, atque Patriarcha Conſtan-

tinopolitanus dextera benedictionem impertitus
eſt. Quomodo vero rem plane admirandam
perſequar, atque enarrem, quot ibi nobiles
viri, quae divitiarum copia, et quae auri
affluentia? Vidimus argenteos cados aureis
coronis circumdatos, et phialas, aliosque cali-
ces exquiſitiſſimo Monembaſienſi mero reple-
tos, vinumque optimum ex Romania miniſtra-
batur, quin et omnium ubique terrarum ex-
quiſitiſſimum, Cretenſe, ex apianis uvis con-
fectum. Vidimus itidem aureas amphoras
complures, et praegrandes, ſupra quam cogi-
tari poſſit, alias aliis majores, quarum unam
neque duodecim viri ſimul juncti afferre 448
poterant. Et aliae quidem leonem, aliae ur-
ſum, lupum aliae, nonnullae boves, equos,
lepores, cervosque repraeſentabant. Monoce-
ros etiam ingenti cornu inſtructus, variaque
quadrupedum genera, tum etiam pulli, pavo-
nesque aureis alis ornati, grues, ciconiae,
anates, anſeres, grandioresque pelicani con-
ſpiciebantur: tum ſtruthiones plurimi, mino-
res, majoresque, phaſiani, columbi, perdices,
turturesque, omnia quidem apto ordine, con-
cinneque diſpoſita, ex auro, vel argento

conflata. Quin et venator exhibebatur pedicam aptans, affabre adeo expressus, ut praedae inhians videretur. Ceterum tanta erat istius modi amphorarum, atque cyathorum multitudo, ut eam dinumerare nequeam. Quid quód, tanta auri copia affluebat mensa, ut nullius sane mens percipere valeat infinita vasa parva, maximaque óptimo, purissimoque auro constantia. Postquam de mensa surreximus, Patriarcha, Rex, cetérique, magnus vestiarius Regis Moscoviae, totiusque Russiae, Astracani, Casani, Novoguardiae, terrarum Septentrionalium, vastissimaeque Siberiae in medio stetit, multis eum comitantibus, et praeclarissima dona ferentibus. Hic autem Magnum Patriarcham Constantinopolitanum Oecumenicum adlocutus est.

Maxime Patriarcha Constantinopolitane, Sanctorum sanctissime, et Oecumenice. Inclitus Theodorus Magnus Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Septentrionalis regionis Rex, haec tibi plurima dona largitur, ut pro ejus Dei ceteroquin praesidio fulti, Deoque accepti, salute preces habeas. Maximum tibi deauratum calicem, exquisito artificio elabo-

ratum, pulcherrimeque coopertum tradit, nec non villoſum ſericum Venetum, et pannum ſericum adinſtar contexti e villis caprinis, et raſum, et more Damaſceno confectum, pulchraque *κλάδια*, pelleſque muris Pontici ex Siberia, multaque demum Nogratia magna Regiam effigiem prae ſe ferentia, ut pro eo, fauſtoque illius imperio preces ad Deum fundas, ut et diuturno tempore imperet, et firma valetudine polleat.

Tunc Patriarcha ſanctiſſimus elatis mani- 449
bus Regi fauſta precatus eſt, atque benedicens,
adſit illi Deus, inquit, optimus Maximus,
unaque Sancti Archangeli, Apoſtoli, Epiſcopi,
Martyres, ceterique Divorum albo adſcripti
eum ſemper magis magisque ſoſpitent; quumque invocati fuerint, benignas ſemper praebeant aures, ut multos vivat in annos, ac latius ſemper illius fama pervadat, et Imperii, quod moderatur, fines augeantur. Multa adhuc verba pervenuſta, et ſanctitate, ſapientiaque plena unius horae ſpatio protulit.

Poſtea ſalute data, ex ordine iterum ad menſam ſedit. Veſtiarius autem divinum Metropolitam, ſapientiſſimum Hierotheum,

maximumque Epiſcopum ſecundo loco adlocutus eſt. Audi, Monembaſienſis Metropolita, quae tibi munera dedit Theodorus Maximus Moscoviae, Volodimeriae, Novogardiae, totiusque Ruſſiae Rex, ut eum Dei praeſidio fultum, Deoque acceptum precibus tuis amplius commendes, utque toto vitae tempore ſorte tua contentus ſis. En tibi argenteum calicem deauratum pulcherrimum, atque decorum, venuſteque coopertum tradit, unaque villoſum ſericum, et pannum raſum, et Venetum more Damaſceno confectum, aliumque ſericum adinſtar contexti e villis caprinis, atque Nogratia propria effigie ſignata. Ad haec Metropolita venerandas manus extulit, atque ex animo Regi fauſta precatus eſt, multaque alia dixit, non ſecus, ac Patriarcha, demumque Regi venerationem exhibuit.

Tertio Veſtiarius ad Elaſſonis Epiſcopum omnium minimum Arſenium peccatorem abjectiſſimum ſe convertit, atque haec effatus eſt. Humillime Elaſſonis, inclytae et celebratiſſimae regionis prope Helladem Epiſcopi, ubi eſt ſapientium omnium decus, atque oratorum ſplendor, ad pedes Olympi Occidentalis,

non vero Aſiatici, Theodorus Rex, Maximusque Imperator Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae multis te muneribus atque beneficiis ornat, ut pro illius preceris ſalute. Argenteum calicem auro obductum, venuſtiſſimum, et belle coopertum praebet, villoſumque ſericum perpulchrum, et raſum pannum, atque Venetum more Damaſceno confectum, aliumque ſericum adinſtar contexti e villis caprinis, et pelles muris Pontici e Siberia, et nummos Nogratios Regia effigie ſignatos.

Tunc ego humilibus manibus ſublatis, ex animo Regi fauſta precatus ſum, ut firma conſtaret valetudine, et ad ſeros usque nepotes vitam protraheret, plurimasque gentes Imperio ſuo moderaretur. Multa quoque alia, uti fecerat Patriarcha, locutus ſum, ut Deus ſuper omnia benedictus ipſum laetitia repleret, natumque concederet, qui regalem thronum poſt multos annos occuparet.

Deinde Maximum Regem veneratus ſum, et ſalve, inquam, Rex, diuque vale. Inde profectus iterum proprio loco conſedi, aliique, qui cum Patriarcha venerant, ſurrexerunt. Poſtquam muneribus omnes cumulati fuere,

Rex ſingulis propria manu pocula miniſtravit, quumque ex ejus manu Epiſcopi, presbyteri, et nobiles univerſi potum hauſiſſent, ſurreximus, et maximas de omnibus beneficiis, quae munificentiſſima liberalitate in nos collata fuerant, egimus gratias, Rexque ſceptrum tenens nobiſcum e menſa egreſſus, omnes honeſte dimiſit; indeque progreſſi ſumus, donec ad propriam domum perveniremus, multis facibus, luminibusque, et a multis praeclariſſimis viris comitati.

Craſtina die ſub auroram, ſecunda nempe feria miſſus eſt a Rege Veſtiarius cum memoratis omnibus muneribus, quae praecedentis diei Dominicae veſpera ſervanda ibidem repoſuerat, Januarii nimirum die XXVI. qua ordinatus eſt novus Patriarcha anno ab origine mundi 7097. (Chriſti 1589.) omniaque ex ordine ſingulis distribuit, primum quidem Patriarchae, a quo viciſſim munus accepit. Sed et alia multa non parvi pretii adtulerunt, quibus nimirum pulpitum opertum erat atque coccineum quidem pannum viri quatuor, villoſa
451 ſerica auro contexta tres alii, nigra vero quatuor iterum viri ferebant praeter ea, quae

prius enumeravimus ſub veſperam a Rege tradita, quae cum allata eſſent, ſingulis ex ordine, uti ſcriptum erat, erogata ſunt.

Poſteaquam munera cuique distribuiſſet, Maximum Patriarcham veneratione complexus eſt, atque viciſſim Patriarcha illi, ceterisque, qui cum eo aderant, benedictionem largitus eſt, qua accepta in aulam ille ſe contulit, ut Regem verbis Patriarchae ſalutaret.

Feria tertia, illuceſcente pariter die, Epiſcopi tres junioris Patriarchae nomine ad Maximum Patriarcham acceſſerunt, atque ſalute data, his verbis eum allocuti ſunt.

Domine Sanctiſſime Conſtantinopolitane, Moscoviticus Patriarcha te plurimum obſecrat, atque precatur, ut Patriarchalem curiam inviſere velis, ibidemque panem ſimul comedere, atque benedictionem impertiri.

Annuit ſtatim Patriarcha, aitque, fratris mei Patriarchae Jobi voluntati indulgendum eſt. Quapropter ſurreximus omnes, ſimulque cum Patriarcha, et Epiſcopis, et aliis viris ex comitatu Regis, atque Moscuenſis Patriarchae Jobi profecti ſumus; cumque jam appropinquaremus, Epiſcopos omnes, et clericos cum facibus,

multisque thuribulis in occurſum miſit, qui et maximi Patriarchae Conſtantinopolitani Oecumenici, ceterorum Principis, laudes concinebant, donec junioris Patriarchae ſcalam aſcendimus cum Patriarcha. Ibi obviam nobis fuit novus Patriarcha Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae, atque viciſſim alter alteri benedixit. Mox ampliſſimam domum ingreſſi paullum conſedimus, variosque bini Patriarchae ſermones miscuerunt admodum utiles, multaque ſapientia refertos. Dum vero conſideremus, venit nobilis vir clariſſimus Regis nomine, atque in medium procedens dúos Patriarchas Conſtantinopolitanum, et Moscuenſem, ſic adlocutus eſt.

452 Sanctiſſimi, divinique Patriarchaé, ceterique Epiſcopi, et Metropolitae. Theodorus Orthodoxus, Maximus Rex Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae jubet, vos Regiam aulam conſcendere, ut vobiscum de aliquibus rebus communicet, et ſollicito animo expectat. Surreximus itaque, unaque voce pronunciatum eſt: Regis voluntas inprimis adimpleatur; et gradum moventes ampliſſimam, praeſtantiſſimamque aulam conceſſimus. Rex ſtatim

ſurrexit, et ſolium reliquit, ut Patriarcham exciperet, quem his verbis effatus eſt. Opportune adveniſti, Domine mi, Maxime Patriarcha, una cum fratre tuo Jobo recens in Patriarcham electo, ceterisque Epiſcopis; atque utinam Deus eorum preces exaudiat. Jam te oro, obteſtorque, ut mihi fauſta preceris, atque benedictionem impertiaris, quae nunquam a me recedat. Patriarcha ſublatis manibus, et fauſta precatus, Theodoro inclyto, maximo Regi Moscoviae, totiusque regionis ſeptentrionalis, magnaeque Ruſſiae benedixit. Poſtmodum haec verba ad Regem habuit: Deus ſuper omnia benedictus, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus, aequalis dignitatis, non confuſa Trinitas ſanctiſſima, incolumem te jugiter ſervent, firmamque valetudinem praeſtent, ut imperii fines longius proferre, omnesque tibi adverſantes ſubjicere valeas.

Poſtea ſedit primum Rex, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus, tum Moscuenſis, ceterique demum Epiſcopi, Archimandritae, atque praefecti.

Adfuit etiam Reginae legatus, qui vocem coram omnibus extollens, ſic Patri-

archam ceterorum Principem Oecumenicum allocutus eſt.

Maxime Patriarcha totius Orientis, atque Occidentis, Conſtantinopolitane, Oecumenice, Irene Orientis pariter, atque Occidentis, Volodimeriae, Moscoviae, totiusque Ruſſiae, Aſtrachani, Caſani, magnaeque Novogardiae, terrarum ſeptentrionalium, atque Siberiae
453 Regina deprecatur, et obſecrat, ut ad eam cum Epiſcopis venias, atque benedictionem largiaris. Quumque haec dixiſſet, praeſtito reverentiae cultu, detectoque capite in medio ſtetit, ut Patriarchae reſponſum acciperet. Confeſtim ſurrexit magnus Patriarcha, unaque Theodorus magnae Ruſſiae Rex atque Patriarcha Moscuenſis, ceterique Epiſcopi, Archimandritae, atque praefecti; et maximus Patriarcha vocem hanc protulit: Reginae juſſis libentiſſimo animo obtemperamus: omnesque illinc cum Patriarcha, et Rege profecti ſumus.

Et primum quidem incedebat Rex, tum Patriarchae, et reliqui ex ordine Epiſcopi, Archimandritae, atque praefecti, clariſſimusque nobilium comitatus. Poſtquam ad alteram

aulam pervenimus, omnes ibidem conſtitimus a minimo usque ad maximum.

wegen deſs Groſsfuerſten geſchikht worden, undt erſtlich uberantwortt drey underſchiedliche Gleitsbrief, Einen an den Pabſt, den andern an Khönig In Hiſpanien, das dritte der Röm. Khay. Mst. Darnach hat Er ſchrifftlich ubergeben, Alles was In geheimen ſachen gehandelt undt tractirt worden, undt lezlich ein beſonders Credenz Schreiben An die Röm. Khay. Mst. dagegen aber hatt Er die vorigen Schreiben, Welche dem Hr. Legaten bey der lezten Audienz zugeſtellt waren, wider abgefodert, und nach Hoff genohmen, der Boris Woyderwiz hatt dem Hr. Legaten durch obengemelden Boyaren gleichfallſs ein Schreiben An Ihr Kay. Mst. etc. zuſtellen laſsen. Nach diſem iſt AlſsPalde deſs Groſsfuerſten Schazmaiſter Waſſiliew Duckaw khomen, undt hatt von wegen deſs Groſsfuerſten dieſe geſchenkh vorehret, Welche der Legat der Röm. Kay. Mst. zuſtellen ſolt, Alſs nemlich ein ſchön zimmer Zobbel; undt einen Perſianiſchen Rockh von ſilbern undt guelden Stuckh, darin von Allerley farben undt Seiden Bildter gewirkhett, undt Inwendig gefuettert mit

Persianischen Seiden Zeüg von mancherley farben etc. Undt solte dieser Rockh wie der Schazmaister von wegen des Grossfuersten darneben bericht, dess Persianischen Khönigs gewesen sein. Nach geschehener Presentation der geschenkh hatte der Legat dem Schazmaister verehret ein verguelden Becher.

Den 14 Dec. hatt der Boris Woyderwiz dem Hr. Legaten dise nachfolgende geschenkh geschikht undt den Hr. Legaten damit verehret, Alss zway schöhne Zimmer Zobbel, Ein Moskawiterischen Rockh von guelden Stuckh, darin von Allerley farben Seiden Bildter gewirkhet, Ein Stukh Damassk auf Persianisch Arth von Allerley farben gewirkhet undt funff schöhne Luxen. Nach dieser Verehrung hatt der Hr. Legat dess Boris Woyderwiz seines Hoffmaisters Michael Kosof, welche die geschenkh presentirt einen schöhnen guelden Becher verehret, Es ist aber des Hr. Boris Woyderwiz Hoffmaister uber ein kleine Zeitt wieder zum Hr. Legaten khomen undt Ihm auch noch von wegen dess Boris Woyderwiz einen lebendigen schwarzen fuchss geben, undt den Becher, welchen

Er zuvor vom Hr. Legaten empfangen widergeben, Danebeu angezeigt, dafs solch geschenkh vor Ihme viel zu stattlich sei, Er wolle sich mit eim geringen vergnügen lassen.

Den 15 Dec. hatt der Schazmaister Basilaw Turkan dem Hr. Legaten verehret ein schöhnen schwarzen fuchss undt ein Lux, drauf hatt der Hr. Legat seinem Sohn, welcher die geschenkh presentirt, einen Rieng mit einem Smaragd verehret.

Den 17 dito hatt der GrossCanzler diese geschenkh verehrt, Nemlich einen schwarzen fuechss, ein Par lebendiger Zobbel, ein weisse Bernhaut, war zehn schuh lang, Hieneben hatt Er Ihm auch an Profiandt auf den Weg verehrt, Alss Sorlax, Haussen, Sowol auch gueten Meth undt Brandtwein.

Den 18 dito hatt der Boris Woyderwiz der Röm. Khay. Mst. diese geschenkh geschikht, Alss ein Persianische Tartsch undt Armschin zum Bogenschiessen, war von guetem Damasken Eissen mit guelden zügen angelegt undt mit vielen Turkessen undt Ruebinkorner versezt. Dem Erzherzog Maximilian etc. verehrt Er einen Rieng zum Pogen-

ſchieſſen, war Auſs einem ganzen Stuckh Stein geſchnietten, wird genant Nefrudius, welcher Stein von trefflichen Tugendten, Auf demſelben Rieng waren noch Inſonderheit Achtzehn Ruebintaffl kunſtlich in goldt verſezt. Deſsgleichen auch ein Meſſer von Damaskin Eiſſen, das Hefft war von eim Stein, di Schait war von goldt drin waren 122 ſchöhner Turkeſs, Sowol etlich undt Zwanizig Ruebinkorner verſezt, Ungefehr eine Stundt nach diſer Preſentation ſeindt wir auſs der Stadt Moskaw mit 14 Schlietten auſsgefahren undt nach Hauſs verraiſet, undt iſt der Andreas Michalowiz welcher In der Moskaw Unſer Prſchiſtaff geweſen, neben eim teutſchen Tolmetſch Jory von Ohln unſs auſsen landt zubelaiten zugeordnet worden, der ander Prſchiſtaff Kniaſch Simon hatt Unſs biſs An die Moskawiteriſche Bech, ſambt einer groſsen Anzahl Roſſſs das gleit geben, ſeindt Alſo denſelben tag fortgeraiſt, biſs gen Mammenowa, iſt 15 ferſt thut 3 Meil.

Den 28 dito Ehe Wir gar zur Stadt Schmolenſko khomen ſeindt, hat Unſs der Woy-

wodt mit einer groſsen Anzahl Volckh zu Roſs empfangen undt nach der Stadt, Jedoch nit den negſten Weg durchs Schloſſ beglaitet, undt den Hr. Legaten Auf ein Pfarrhoff einloſſiren laſſen.

Kurzes Verzaichnis der Moskowiter Religion, Sitten undt gewönliche Breuch; undt der Stadt Moskow gelegenheit.

In Religionſachen halten Sie es faſt einerley mit den Griechen, ihre Prieſter nehmen Weiber, vorehren auch die Bildter in Ihren kirchen, Ihre kinder werden Im Namen der heyligen Treyfaltigkheit getaufft, undt weihen das Waſſer zu Jedem kindt beſonders. In den Stedten halten Sie in Ihren kirchen undt klöſtern groſs geleutt, ſonderlich In der Haubtſtadt Moskau, da hatt es wie Sie berichten, In die 1500 kirchen undt klöſtern, darInnen man In die 10000 Munche finden ſoll. Alda wird ein unſeglich leutthen gehalden, Jedoch halten Sie ein andere Arth leutthen Alſs bey Unſs. Ihre kirchen ſeindt von niedrigen gebeuen gar zierlich, mit rothem Turmlein und gemeiniglich neben

der kirche ein abgesondert gebeu, darauf hengen Ihr Glockhen, Aber unbeweglich, dann Sie binden Ihre Strikh an die Klöppl, und Alzeit eine Glockh ist grösser als die Andere, drauf Sie ein besondern Tact halten. Nach gehaltenem leutthen geht der Priester mit einem kirchenknecht in die kirchen, bestekhen die Altare mit lichtern, lesen Ihr Mess, das Volkh so Inn undt vor den kirchen steht, Creuzget sich An der Stirn undt Bruest, undt ruefen mit grossem Seufzer Jesu Christi, Du Sohn Gottes, Erbarme dich unser, undt was ein Jedes gelernt hatt, dass ist Ihr gemein gebeth. Dan das Vatter unser khönnen Ihr gar wenig bei Ihnen. Sie empfahen das Nachtmahl dess Hr. Christi In beyderley gestaldt; es besprengt sich kheiner mit dem Weywasser, Er werde dan vom Priester besprengt, Sie haben viel underschiedliche fastenzeit im Jahr. Die Weiber werden bey Ihnen wenig In Acht genohmen, Sie halten kheine vor Erbar, Sie bleib dan daheim In ihrem Hauss undt lasse sich wenig sehen. In Handlungssachen ists ein betrigerisch undt verschlagen Volkh, uberpieten gegen ein

frembten ein Wahr umb dreyfach geldt undt schwehren bey Ihren Heiligen daſs es sie selber soviel kost undt gebens doch gleichwol umb halb auch wol umb das tritte theil Im Verkauffen.

Die Priester nehmen Weiber, Jedoch wirt kheinem zugelaſsen, nach Absterben der ersten die Ander zunehmen, wofern Er beym Briesterlichen Ambt verpleiben wil, da Er Aber eine wider zur ehe niembt, muſs Er zu dem weltlichen Standt tretten undt dar In seine Nahrung treiben.

Vom Taufen etc.

Wo es sich zutrüge, daſs sich getauffte Christen zu Ihrer Religion begeben wollen, muſsen Sie sich wieder von Ihnen tauffen laſsen, undt dieweil die Moskowiter zweifln, daſs Wir Christen nit recht getaufft werden, mueſs derselbe Arme Sunder, so sich tauffen leſst, sein vorige Tauffe die Er angenomen hatt, verlaugnen undt wieder tauffen, Undt wan Sie tauffen, taugen Sie die Kinder dreymahl under das Waſser, ob Sie gleich bey den gefangnen Christen Im Landt nach Unser

Arth tauffen ſehen, halten Sie es nit vor recht. Sie tadeln gleichffals bey den getangnen Chriſten das Nachtmal, umb das, daſs Sie ungeſeüert Brodt anſtath deſs Leibs Chriſti geben, da Sie doch geſeürt Brodt brauchen. Sonſten Sie geben das Nachtmal In beyderley geſtaldt. Im Beichten muſs ein Jeder Sunder Alle ſeine Sundte 'offentlich bekhennen, Ja auch die böſsen gedankhen dem Prieſter nit verſchweigen. Bey den Heyrathen wirt bey Ihnen auch ein ſelzamer Proceſs gehalten, die Perſon ſo einander nehmen, khomen vor gehaltener Ehe, undt ehe Sie einander verlobt werden, nicht zuſamen, daſs eines das Ander ſehen mochte, Sondern wirt Alles den mehrern theil durch deſs Breutigams freundſchafft befödert, undt Ins Werkh geſezt, wan ſie es befinden, daſs es zuthun iſt, undt Ihnen gefellig, muſs Sie dem Breutigam Auch gefalln, Nach gnugſamer Underredung wirt Sie nochmalſs dem Breutigam Ehelichen vertrauht undt Hochzeit gehalten undt kann der Breutigam die Braut gleichwol am Hochzeittag under dem geſicht zuſchauen nit bekhomen, biſs auf den andern

tag nach gehaltener Beylager undt ob Ihn der kauff wolt gereuhen, So hilfft es nicht, dieweil man den Leykauff getrunkhen hatt. Wann bey Ihnen ein grofs feſt vorfellt, bringen Sie daſſelbe zu mit vielen Seutten undt kirchengebreugen, Nach gehaltenen Ceremonien gebrauchen Sie undt volbringen ſie die feſte mit grofsen freſſen undt ſauffen, welches ſonſt auſserhalb der Zeitt von Ihnen nit offentlich geſchieht, halten die Trunkheit fur ein Abſcheulichs Weheſen, dieſes Sauffen auf den feſten wehret Acht ganzer tag. Wan das feſt noch ſo grofs undt Heylig iſt, ſo halten Sie doch frühe Ihre Ceremonien in den kirchen, Machen Alſsdan Ihre kram undt Laden auf, handeln und wandeln.

Von der Stadt Moskau.

Auf Oſtern was von Mannes Volkh iſt, Jung oder Alt, wan Sie dem Pfaffen auf dieſe heilige Zeitt ein Ey giebt, mag Er nach ſeinem gefallen ein Glockh bey derſelben kirchen leutthen, das geſchieht von viel tauſſent, halten es fur ein ſonderlichen Gottesdienſt.

Moskau ist ein treffliche grosse Haubtstadt, In der Moskau, ligt gar In einer eben, daselbst hellt der Grossfuerst undt Herr Aller Reussen Theodorus Iwanowicz Hoff, Ist ein gewaltige Handlstadt, dar In von einheimischen, Auch von vielen frembden Kauffleuthen, welche Auss weitgelegnen Lendtern, Alss Turkey, Tartarey, Persia, Siareoschen, kabardinischen, Grussinischen, Sibirischen, Tzirkasischen undt Andern. Lendtern dahin khomen undt mit vielen vornehmen Wahren grosse Handlung treiben, Alss Zobbel, Marther undt mancherley Rauchwerkh, Auch Wax, Flax, Unschleth undt andere Wahrn mehr. Welche mit grossen Hauffen nach gelegenheit der Zeitt gebracht werden, undt ist diese Stadt In vier underschiedlich theil geteile worden. Erstlich die Eusserste Stadt ist mit einer ganz holzen Maur drey guter klaffter dikh umbfangen undt mit vielen holzen Thurmen geziert, Welches der Stadt von fern ein gross undt zierlich Ansehen giebt, Undt seindt Alle Thor über eins gebauht, gross undt ansehnlich, Alle mit 3 Spizen Thürm, diese Maur ist ungefehr vor

zway Jahrn verfertigt worden, hatt In ihrem umbkreiſs der Einwohner gewiſsen bericht nach 50 fuerſt, das macht 6 teutſch Meil Wegs. Durch dieſe Stadt lauffen 3 flieſsende Strom, darunter der gröſste Moskaw heiſst, davon die Stadt undt das ganze Landt den Namen hatt, der Ander Strom, ſo auch vaſt groſs, heiſt Negilo, der dritte Chauſo, undt flieſſen dieſe baide Strom In der euſserſten Stadt in den fluſſ Moskau. In dieſer erſten holzernen Maur liegt ein Ander Stadt, welche rundt umbhero mit einer Stainen Maur ganz weiſs gedungt mit vielen Thurm undt Ziennen geziert; welche von den Einwohnern Zaragradt, daſs iſt ſoviel Alſs Khönigsſtadt genant wirdt. In dieſer Stadt Zaragrad liegt noch ein beſondere Stadt 'gleichfalſs mit einer beſondern Mauer von Stein mit Thurmen, Auch mit eim druckenen graben umbfangen, wirt Kataygradt genant, in diſer Stadt iſt der furnembſte Markh undt die gröſte Handlung. Es ſeindt etliche 100 Krahm undt Bauden, darin mancherley Wahren zukauffen zubekhomen ſein. Es ſteht auch In diſer Stadt vor dem Schloſſe ein wohlgebaute uberaus

zierliche Muskowiterische kirchen, ein treflich gebeu, genannt zu Jerusalem: In diser Stadt liegt Auch dess Grossfuersten Schloss, Auch mit eim truknen graben undt mit einer starkhen Maur umbfangen, sehr herlich undt wolgebaut mit vielen Thurmen geziert. Auch viel vergueldten runter Thurm auf den kirchen, so von guetem goldt mitt grossen uncosten mussen verguelt sein, undt von fern ein herliches Ansehn giebt. Diss Schloss ist Alles von Stein erbaut, hatt einen grossen umbkreiss, undt dar Innen viel ansehnlicher kirchen. Unter Andern ist ein kirch, welche Auf Ihre Sprach Blaweschin genant, das ist, Mariä Verkhundigung, hatt 9 vergueldte Thurm undt ist das Tach Alles wie auch die Thurm mit guetem goldt verguldt, darin pflegt der Grossfuerst zugehn, undt seinen Gottesdienst zuverrichten.

Von der Stadt Moskau.

In diesen underschiedlichen Stedten hatt es In Gassen viel Stacet, so bey Nechtlicher weiss geschlossen werden, Aber die Thor an den Stadtmaurn werden nicht geschlossen. Die Heusser in der Stadt seindt Alle von Holz er-

baut. Die Boyarn haben grofse Anfehnliche Hoeff, dar In Sie ihre Wohnung haben, defsgleichen hatt es auch viel Bifchoff- und Pfaffenhöffe, dabey alweg gemeinlich ein kirch ift, undt feindt wie Sie berichten uber 1500 kirchen In der Stadt Moskan, Ja es left mancher reicher Kauffman oder ein Boyar ein kirchlein bauen, dar In Er nach Irer Arth feine Ceremonien brauchtt.

Dem Hr. Gefandten Nikolay Warbotfch ift In der Moskau Auf Ihn undt fein Hoffgefindt, fo In Allem 33 Perfon, teglich In fein Kuchen zuverfpeifsen geben worden. Erftlich ift Er In defs Moskowiters Landt gewefen 16 Wochen, Alle Wochen 3 Ochfen, Auf Alle tag 3 Schöpfs, Alle Tag 15 Hüener, Alle tag ein Ganfs, Alle tag zwo Anthen, Alle tag 100 Eyer, Alle tag 3 Pfundt Buetter, Meth, 10 Elendt, Summa Alles undt Jedes: Ochfsen 48, Schöpfs 336, Hüener 1680, Ganfs 112, Anthen 224, Eyer 11200, Pfundt Buetter 336, Elendt 10.

V.

RELATIO HUMILLIMA

AUGUSTINI DE MEYERN

ET

HORATII GULIELMI CALVUCCII

ABLEGATORUM IN MOSCHOVIAM

a d. 17 Febr. Ad. 1661 usque ad d. 22 Febr.

Ad. 1663.

In Codd. Mſs. hiſtor. prof. Bibl. Palat. Vindobonenſ.
No. 454. 44 Bl. in fol.

Sacra Caeſarea Regiaque Majestas Domine, Domine Clementiſſime.

Quamvis Sa. Ca. Mjtas. Va. per plures noſtras epiſtolas humillime a nobis antehac certiorata fuerit de omnibus et ſingulis, quae in Commiſſione Moscovitica nobis Clementiſſime injuncta usque ad diem 22. Febr. praeſentis anni 1663 relatu digna evenerant, attamen operae pretium judicavimus, ſparſim a nobis ſcripta in unum contrahere, et decurſi poſt praedictam ad hanc usque diem temporis relationi praemittere, ut excluſo ſcriptionis interpolatae faſtidio totam rerum ſeriem continuo perſtrictam ſtylo Sae. Cae. Mjti. Vae. legendam ſubjiceremus, atque ea, quae comperta deinde certius veritate mutanda fuerunt, pro noſtri ſatisfactione muneris et ad uſum ſucceſſorum noſtrorum ingenue referremus.

Repetimus itaque, quod, ut Clementiſſimae Sae. Cae. Mjti. Vae. mandata ea, qua par

eſt, obedientia executioni mandare poſſemus, die 17. Febr. an. 1661 in Moscoviam profecturi Vienna disceſſimus. 27. Vratislaviam venimus, ubi ab urbano Magiſtratu per duos ex corpore ſuo viſitati, et honorario vino donati fuimus.

Inde ipſa Bachanaliorum die exeuntes, Gedanum die 12. Martii intravimus, ubi civicus Magiſtratus pro ſua erga Sam. Cam. Mjtm. Vam. reverentia officio pari nos honoravit.

Die vero 17 inde movimus, et 30 Grubinum, ubi Curlandiae Dux tunc reſidebat, pervenimus. In limitibus Provinciae exceperunt nos ejus mandato aliquot nobiles cum tribus rhedis. Cumque Grubinum appropinquaremus, ad dimidium milliare habuimus obviam cum quatuor aliis rhedis multis Nobilibus ſtipatum Provinciae Aulae Praefectum, qui nos denuo nomine ſui Ducis perhumaniter excipiens in ipſa ſui Domini rheda in arcem introduxit. Ibi in atrio e rheda exeuntes ipſe Dux nos excepit et ad cubicula nobis deſtinata fruſtra obnitentes deduxit, perque triduum, quo apud eum fuimus nos ſumma

cum humanitate, et demiſſima erga Sam. Cam. Mjtm. Vam. obſequii expreſſione tractavit. Die Martii ultima tam erga illum, quam erga Sereniſſ. ejus uxorem officio a Sa. Ca. Mjte. Va. nobis Clementiſſime injuncto ſatisfecimus et utrique Sae. Cae. Mjtis. Vae. literas conſignavimus.

Dein Grubino die 2a Aprilis relicto, 16a Tzelzenium venimus, unde per expreſſum de noſtro eo adventu Moſchum Kakenhuſii Praefectum certiorem fecimus.

Quapropter altera die Ivan Affanaſiowitz Zelabouski Dvovanin, ſive Nobilis Aulicus, deſtinatus a Czaro ad nos Moſchuam usque deducendum Commiſſarius, miſſo Centurione nobis ſignificari curavit, paratum ſe ex mandato ſui Domini die tunc proxime ſecutura nos excipere, ſtatimque ad eum nobiſcum iter maturare. Praemitteremus tantum ex tunc noſtra, et familiae noſtrae nomina, ac officia, et in craſtinum impedimenta.

His peractis, nobisque die 18 Aprilis ad Dunae ripam perventis obviam venit Moscoviticus interpres Lazarus Zimmermann, qui nomine ſuprafati Commiſſarii nobis dixit, vidiſſe

eum ex copia literarum paſſus Sae. Cae. Mjtis. Vae. et indice familiae noſtrae antecedenti die a nobis Centurioni ab eo ad nos miſſo pro ſua notitia traditis, quod nos Sae. Cae. Mjtis. Vae. Ablegati vocaremur. Illum autem habuiſſe in mandatis a Domino ſuo, ut Caeſareos Legatos, non ablegatos exciperet, et deduceret; Quare peteret, ut melius eum de caractere noſtro edocere non gravaremur. Reſpondimus, illum jam ab utroque ſupramentionato documento ſatis ſuperque edoctum fuiſſe, nos tanquam ſimplices tantum Sae. Cae. Mjtis. Vae. Ablegatos ad ſuum Czarum proficiſci. Inde mirum, quod, cum nos excipere tanquam tales a mandato Domini ſui, ut ajebat, prohiberetur, impedimenta tamen noſtra Kakenhuſium transportari curaviſſet. Admitteret igitur et nos, aut illa nobis remitteret, ut redire ad eum, qui nos ablegaverat, noſtrum Clementiſſimum Imperatorem poſſemus. Ipſe poſtmodum de hac repulſa Domino ſuo ſatisfaceret. Quo audito ſupradictum Lazarum ad nos remiſit, qui nunciaret, eum ad nos, quocumque tandem nomine veniremus, excipiendum paratum eſſe. — Nos tamen, qui conſue-

tas Russis in excipiendis exteris Legatis noveramus morositates, ut omnes altercationes anteverteremus, interpreti injunximus, ut praecedens Commissarium praemoneret, de Meyern in Legationibus obeundis tyronem non esse, ideoque perquam optime nosse, quid nos, quid illum deceret. Abstineret igitur nos excepturus ab usitatis in his functionibus a gente sua Comediis, in quibus nullo modo nos agere vellemus.

Flumen igitur transmittentes, vidimus eum ex arce equovectum descendentem, et mox in ripa desilientem standoque exscensum nostrum octo circiter passus longe a navi praestolantem. Cumque ad descensum prior nostrum se moveret, movit et ille se versus nos, ita ut in media aequaliter inter se et nos distantia nos exciperet. Prior autem tegumentum — a capite suo detraxit, detegentibus nobis post illico nostra. — Ibi apertis utrinque capitibus dixit, missum se a Magno Domino et Czaro etc. (integrum Domini sui titulum memoriter recitans) ad nos Ablegatos amici, et fratris sui charissimi Leopoldi etc. (hic totum etiam Sae. Cae. Mjtis. Vae. titulum ex charta legit) exci-

piendum, et ad Dominum ſuum deducendum: Paratum ſe ad hoc libenti animo praeſtandum. Reſpondimus adaequate repetitis integre prius, ut decebat, Sae. Cae. Mjtis. Vae., et deinde Czari titulis. Inde nos de ſalute noſtra, et quam bene equitaſſemus interrogans, manum utrique noſtrum, et cunctis ex honeſtioribus familiae noſtrae porrexit. Hoc peracto conſcendimus nos equos noſtros, ipſe ſuum, ut in caſulam extra oppidum nobis pro hoſpitio deſtinatam aſcenderemus. Praecedebant nos peditum cohortes tres expanſis vexillis et reſonantibus tympanis. Cumque animadvertiſſemus Commiſſarium noſtrum dexterum latus de Meyern equitando texiſſe, ad evitandas in principio altercationes vocavimus ſub colloquendi praetextu interpretem Lazarum, qui ſiniſtrum Calvuccii clauderet et ita ambo medii inter eos equitavimus.

Sequenti die, cum non haberent Moſchi neceſſaria omnia ad iter, ibi haeſimus. Vbi ductor noſter quaerulus nobis expoſuit, Generalem Naſciokinum cum Polonico, ſive Lithuanico Generali Paczio armiſtitium ad diem 23m tunc currentis Aprilis duraturum pepigiſſe:

Ab hoc vero urbeculam quandam in Lithuania obsidione premi. Ideoque instantissime petiit, ut eum per literas nostras ab hoc attentato retrahere vellemus. Respondimus, neque armistitium per aliquem Sae. Cae. Mjtis. Vae. ministrum tractatum neque mediationem suam adhuc a partibus admissam fuisse, ideoque nulla posse a nobis nomine Sae. Cae. Mjtis. Vae. in hoc officia interponi. Sed neque nomine privato nostro, cum nulla nobis sive cum Generali Paczio, sive cum ullo alio Lithuano, aut Polono amicitia, imo nec simplex ex visu cognitio intercederet. Hanc instantiam reassumere eadem die Tribuno Basilio Antonowitz Wolnsenski Kakenhusii Praefecto placuit, a quo eodem responso nos liberavimus.

Die itaque 20a Aprilis Kakenhusio moventes, 25a Mariaeburgum provenimus. Vix ingressis supervenit ex Dorpato Generalis Moschus Athanasius Laurentewitz Ordin Nasciokinus ex Dumni - Duoraninis, sive Nobilibus Consiliariis, et Livoniae pro Magno Duce tunc Praefectus, qui, misso statim ad nos quodam officiali suo de adventu eo nostro gra-

tulatum, immediate ſecuta tunc die, quae fuit apud Ruſſos celebratae Dominicae reſurrectionis, ſumma cum urbanitate nobis uſque ad equos obvius, et in omnibus actis praecedentia ultro conceſſa convivio excepit, et altera die abeuntes per millenos paſſus comitari dignatus eſt.

Inter pocula ſupra relatam contra Generalem Paczium querelam cum eadem inſtantia refricare non praetermiſit; nullo tamen, praeter jam dictum, a nobis reſponſo relato. — Putamus, attenta ſuſpicioſa Moſchorum conditione expiſcari eos voluiſſe, an ſecuri de admiſſa jam a Polonis — Sae. Cae. Mjtis. Vae. pacis mediatione ad eorum Czarum eamdem oblaturi proficiſceremur. Curioſe enim percontati fuerant, per quam viam eousque veniſſemus? et audito itineris noſtri circuitu regeſſerunt, cur non potius per Poloniae et Lithuaniae compendia illud recta Moſchuam verſus direxiſſemus, unico labore, et absque ullo temporis diſpendio ex via periculum prius in Polonia facturi, an Regi illi eamdem Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem admittere libuiſſet? Sed reſpondimus, regiones illas ob illatas per

tot annos a tot exercitibus vaſtationes vel unico pediti propter alimoniae defectum impervias tunc fuiſſe. A Sa. Ca. Mjte. Va. vero haud dubitatum, quin etiam Poloniae Rex mediationem ſuam eſſet admiſſurus. Neque ſibi opus ad eam offerendam opera noſtra fuiſſe, cum alius Sae. Cae. Majtis. Vae. miniſter hoc munere congruo tempore functurus eſſet.

Pleskoviae die 27a Aprilis ad mille paſſus jam vicini vidimus in patenti campo adventum noſtrum praeſtolantes trecentos equites, quorum pars minima gregarii. Omnes fere erant officiales veſtibus, et phaleratis equis ad ſpectaculum ornati. Eorum unus tribuni dignitate conſpicuus ex equo per interpretem nobis in noſtra rheda perſeverantibus ſignificavit, miſſos ſe a Duce Ivano Andrewitz Gavanskoi (hunc clades ſuae orbi notum fecerunt) Bojaro et armorum Praefecto Generali Plescovienſi, ut nos ex mandato ſui Czari exciperent. Poſt noſtras gratiarum actiones pergentes nos civitatem verſus anteceſſerunt. Cumque in ripa fluminis Velikae Rakae quod urbis moenia a meridie alluit, illud navi trans-

missuri descendissemus, venerunt ad nos ex eis principaliores nobis datis dexteris de felici nostro adventu congratulantes. In opposita ripa stabant numerosi pedites et equites qui nos semper carpento vectos in urbem per plateas utrinque a dispositis sub quinquaginta vexillis sclopetariis armatis ad hospitium nobis destinatum deduxerunt. Ibi quinquaginta Srelitzy custodes nobis dati, qui tamen nemini ex familia nostra exitum prohibuerunt. Ipse Gavanskoi neminem, qui nos suo nomine visitaret, misit, nulloque cibario dono honoravit, quam omissionem contra morem adscripsimus simultatibus, quas cum Generali Nasciokino excercebat, quasi illius exemplum sequi dedignaretur. Percepimus tamen eum curiositati suae adeo indulsisse, ut extra urbem inter equites incognitus nos exceperit et deinde sub rustica veste latens rhedam nostram inter aufractus platearum urbis laborantem suo nisu sustentaverit.

Die sequenti 28 Aprilis Plescovia exeuntes prima Maji Solczam pagum apud fluvium Salognam post duodeviginti Leucas venimus, ubique Lembis conscensis cum ipso flumine in

lacum Ilmenium intrantes, bisque ſeptenas bene habitatae ripae leucas praeternavigantes Novogradiam Magnam die 3a Maji appulimus. Ubi propter ingruentem pluviam non exſpectatis, quos nobis mittebat vicepraefectus, equis, per diſpoſitos ſub triginta quinque vexillis a littore usque ad hospitium nobis praeparatum utrinque in plateis pedites pertransivimus.

Ibidem ille altera die prandentibus nobis fercula ter novem et duodecim variarum potionum lagenulas ſubmiſit. Sumpto prandio ejus rheda vecti discedentes, eodem honore deducti ad naves fuimus et altera die ad monasterium Ponadeglie appulimus, ubi in carros ſarcinis noſtris feſtine transportatis profectioni noſtrae ſedulo incumbentes Torſockium oppidum poſt ſexaginta nemoroſi itineris leucas die ejusdem Maji duodecima venimus, ubi defectum militum, qui nos exciperent, cives ſecuribus, et ſariſſis armati ſupplere debuerunt.

Naves ibi denuo conſcendimus, et per fluvium Tuverzam ex liquefactis nivibus tunc aliquo modo navigabilem prono alveo, quamvis non ſemel vado inter ſaxa haerentes, per ſe-

decim leucas in flumen Volgam, eoque transmiſſo in urbem Tuveriam bidui navigatione invecti ſumus, ubi nemo ad nos excipiendum comparuit, rarus enim ibi civis habitat, nullusque tum aderat miles.

Die Maii 16a inde disceſſimus, attamen ductor noſter qui eousque feſtina juxta inſtantiam noſtram diligentia iter noſtrum promoverat, acceptis a ſuo Czaro literis, per quas jubebatur nos praeciſo die 22a ejusdem menſis in pagum Zerkiſowo quinque ab urbe Moſchua leucis diſtantem introducere, tam lente deinde proceſſit, ut illud triginta dumtaxat leucarum, et quidem brevium, et commodae viae iter per totos ſex integros dies vix emenſus fuerit. Cauſam mandati tribuebat ille benignitati Domini ſui, qui etiamſi de feſtinatione noſtra, ejusque cauſis per literas ſuas fuiſſet edoctus, conſulere tamen valetudini noſtrae voluerat non permittendo, ut vires noſtrae a tam longo, et per ſexcenta incommoda laborioſo itinere fractae ob celeriorem vectationem omnino conſiderent. Revera autem detinebamur diutius in itinere, ut interim tempus daretur Nobilibus ex Provincia ad nos

excipiendum evocatis ad praefixam ingreſſui noſtro in urbem Moſchuam diem Maii 25m eo conveniendi.

Die itaque 24a Maji venimus ad Nicolai phanum duabus a Moſchua brevibus leucis, ubi praeparata nobis bina tentoria erant ex mandato Magni Ducis profitentis, ideo ſe hoc juſſiſſe, quia reſciverat, quam illibenter nos ad ruſtica hypocauſta aeſtatis tempore aeque, ac hyemis, ſemper calentia diverteremus.

Eo venerunt eadem die miſſi a Magno Duce ſex equi cum aurigio, qui rhedam noſtram traherent, et aliquot gradarii, qui honeſtiores familiae noſtrae veherent. Honore profecto ſupra conſuetum, cum equi ſemel tantum ipſa ingreſſus die ad aliquot ab urbe paſſus caeteris Legatis mitti ſolitum fuerit.

Altera die circa undecimam antemeridianam movimus Moſchuam verſus. Sedebat, quod nunquam antea fecerat, nobiſcum in rheda tertium locum occupans ductor noſter. Omnes noſtri familiares equites antecedebant. Rheda noſtra, et impedimenta ſubſequebantur. Stabant bis mille a Moſchua paſſibus in aprico campo ad utrumque viae marginem in

varias ſub quadraginta vexillis diſtributa phalanges peditum ſex, et ulterius eodem ordine usque ad ſuburbia decem ſub ſignis ſuis equitum millia, tympanis ac tubis aerem continuo ad reddendos laetitia ſonos verberantibus. Inter quos cum ad quingentos ab urbe paſſus proceſſiſſemus, venit ad nos nuncius a Jacobo Semenowitz Walinſky Stolnico, Nobili, nempe, Czareae menſae miniſtrante, et Diako, ſive Secretario Gregorio Carpouſin Bagdanow deſtinatis a Czaro ad nos excipiendum, et durante noſtra Moſchuae mora nobis de neceſſariis proſpiciendum Commiſſariis, qui eorum nomine nobis indicavit, adventaſſe eos rheda Magni Ducis: deſcenderemus itaque ex noſtra, et in illam transitum faceremus. Reſpondimus, paratos nos eſſe ad hoc praeſtandum ſtatim, ac vidiſſemus eos, quod eorum muneris eſſet, praeſtitiſſe. Hoc audito ſtatim Jacobus Wiberg interpres illis adjunctus equo deſiluit, quem ſecutus eſt illico Diakus, deſcendente eodem tempore etiam Primario Commiſſario. Nos hanc facilitatem Moſcoviticis inſuetam videntes, non cunctati ſtatim et ipſi deſcendimus, ita ut Calvuccius prior cum

postremum desiliente ex Commissariis eodem tempore, de Mayern autem post eos omnes terram premerent. Ibi procedentes Commissarii cum interprete nobis obviam, caput priores absque ullo praevio pacto ultro humaniter aperuerunt, et secundum formam consuetam nomine sui Czari nos exceperunt. Inde Vicepraefectus stabuli Magni Ducis obtulit nobis per alium interpretem nomine Domini sui rhedam paratam, et alios pro nostris familiaribus equos. In illa postquam ambo sedissemus, sederunt etiam primus Commissarius, itineris nostri Dux, Diakus, et interpres. Cumque paululim lentissimo gradu perrexissemus, subeuntes suburbium subsistere debuimus, usquequo tam pedites, quam equites in campo dispositi urbem omnes ingressi, et in plateis, per quas nobis ad hospitium tendentibus transeundum erat, denuo ordinati fuissent. Quae trium horarum taediosissima mora tandem a nimbo interrupta non tamen ante septimam vespertinam nos inter innumeram populi multitudinem, ipsasque armatas cohortes in hospitium ingredi permisit, tubicinibus nostris incessan-

ter obvio Czareorum clangori reſpondentibus. Tot fuere utriusque ſexus ſpectatores, et tot ex omni hominum ordine in equis ſedentes nos ſunt comitati, ut conjicere licuerit neminem illa die ſe domi continuiſſe. Nihil tamen in tanta pompa magnificentius fuit, quam quod ab initio ſuburbii usque ad hoſpitium noſtrum praecedere immediate noſtram rhedam quam plurimi Duces, et Bojarorum filii, omnesque Magni Ducis Cubicularii cum ipſo ejus gratioſo Duce Georgio Ivanowitz Romodanowsky voluerunt. Hic omnes veſtibus amicti ſuperbiſſimis hoſpitii noſtri ingreſſum ſuſpenſo equorum greſſu ſtipantes dixerunt nobis, quod ex mandato ſui Czari in honorem Sae. Cae. Mjtis. Vae. nos eousque, quod numquam alicui factum fuiſſet, et quidem libenter, deduxiſſent: quibus debito cum honore gratias egimus. Per hoc aperte Magnus Dux per Commiſſarios noſtros nobis ſignificari curavit, quod in ſignum fraternae ſuae erga Sam. Cam. Mjtem. Vam. benevolentiae in nobis honorandis praeterita exempla excedere voluiſſet.

Aedes pro hoſpitio nobis aſſignatae erant ſatis amplae et (quod rarum Moſchuae) late-

ritiae. In iisdem habitaverant Allegretus et Lorbackius. In binis aulis, totidemque hypocauſtis ad uſum particularem noſtrum deſtinatis januae, menſae et ſcamma continuo opere parietibus adhaerentia rubro panno cooperiebantur.

Die 27a Maii indicarunt nobis noſtri Commiſſarii fore, ut ſequenti coram Magno Duce ſerenos ejus oculos intuituri admitteremur. Et ſciscitati ſunt nomine Cancellarii Regni, an munera a Sa. Ca. Mjte. Va. ad Czarum haberemus? Reſpondimus hoc non eſſe moris. Sed quod haberemus tantummodo propria ſecundum tenuitatem facultatum noſtrarum munuscula Magno Duci in ſignum noſtrae erga eum venerationis offerenda, quae ſic expetentibus oſtendimus. Altera die rediit ad nos Commiſſarius noſter Diakus monens, ut ad futuram poſt bihorium Magni Ducis audientiam nos pararemus. Circa decimam antemeridianam comparuerunt in atrio noſtrarum aedium equi ad uſum familiae noſtrae cum rheda Magni Ducis a priori diverſa. Inde ſucceſſerunt noſtri ordinarii Commiſſarii, qui in altero ex noſtris conclavibus ſuperinduentes tunicas, margaritis

et gemmis ornatas ex veſtiario Magni Ducis ad hunc uſum juxta morem depromtas nos ad rhedam deduxerunt. In qua poſtquam honoratiora loca nobis ultro dediſſent, ſederunt ambo cum interprete, ſtipantibus eam ab utroque latere pediſſequis noſtris.

Praecedebant viginti equites, inde tubicines noſtri ſine clangore; praemonuerant enim nos Commiſſarii noſtri, ita moris eſſe, dum ad Czarum itur; ſed, ut poſtmodum comperimus, lingua Moscovitica, id eſt, falſa: nunquam enim Suecicorum Legatorum decimo poſt nos menſe Czarum adeuntium tubicines, et tympaniſta perſtrepere usque ad ipſos Regiae gradus ceſſarunt. Inde equitabant domeſtici noſtri, quibus ſuccedebant ex famulitio noſtro pedites munera portantes, et tandem ſolus in equo ſedens Secretarius noſter literas fidei Sae. Cae. Mjtis Vae. ad Czarum elevato brachio cunctis viſendas geſtans. Monuerant quidem nos Commiſſarii noſtri, dum adhuc domi eſſemus, ut eas rubro aliquo ſericeo panno involveremus; ſed nos conſiderantes, quod, ſi Sa. Ca. Mjtas. Va. eas involvi voluiſſet, thecae alicui incluſas

nobis tradi curaſſet, excuſavimus factum dicentes, nos panno carere, diemque feſtum, et arctum illum temporis articulum non permittere, ut ad mercatores pro eo mitteremus. Omnes noſtri familiares erant, quomodo et nos, inermes; etenim, cum non liceat alicui armato intrare ad Czarum; ſed arma ad aulae januam deponere debeat, omnes autem noſtri in conſpectum Czari deſiderarent introduci, maluimus nulla nobiscum ferre, quam allata deponere.

A noſtro hoſpitio usque ad aulam Magni Ducis vidimus diſpoſitos in magno numero pedites ſclopetis majoribus bene armatos, et veſtibus, diverſi quidem quoad diverſas Legiones coloris, ſed unius quoad ſingularum legionum milites cunctos pulcherrime amictos. Depoſiti ad gradus Palatii inter quam plurimos Moſchos Tribunos militum ibi ſtantes, aſcendimus ad aulam primam, ubi obvios habuimus Ducem Andream Ivanowitz Hilckow Stolnikum, et Diakum Fedorum Mihalow, qui per proprium interpretem nobis dixerunt, mandatum ſibi a Magno Duce, ut ibi nos ejus nomine exciperent. Peractis gratiis ulte-

rius pergentes, antequam aulam alteram, in qua Magnus Dux erat, ingrederemur, iterum ejus nomine nos per alium interpretem exceperunt Dux Basilius Ivanowitz Hilkow et Diakus Nikita Walowenin. Denuo igitur gratias egimus, et ad Czarum intromissi fuimus.

Aula erat spatiosae satis amplitudinis, cui tamen crassa in medio columna fornicem sustentans valde detrahebat. Perislromenta diversi generis solum tegebant. Parietes antiquis picturis erant obducti, quibus in spatio inter fenestras medio argentea candelabra adhaerebant. Erant in aulae circuitu iisdem parietibus continuo opere affixa scamna lignea stragula veste operta, ad quae per quatuor gradus ascensus patebat. Ibi a latere Czari dextro per totum ejus conspectum usque ad laevi partem sedebant aperto capite in magno numero Bojari, Ocolnicy, et Dumni - Duoranini intimi Magni Ducis Consiliarii nulla nos sive intrantes, sive exeuntes capitis inclinatione honorare dignati. Ipse Czarus solio insidens inaurati argenti non in medio, sed in angulo sinistro aulae inter duas fene-

ſtras collocato obſcure viſebatur. Eminebat illud quidem, cum tribus inniteretur gradibus ſuis ſolum aequale cum ſcamnis ſenatorum calcantibus; ſed operis erat anguſti adeo et ſitus obſcuritas ejus ſplendorem ita retundebat, ut nullam exprimeret magnificentiam. In ejus medio ſupra Czari verticem Deiparae Virginis icon pendebat. E regione ſiniſtri lateris aſſurgebat intra feneſtram horologium turris adinſtar. Intra alteram vero, quae angulum parietis ſui claudebat, pyramis argentea globum aureum ſuſtinens. Superius fornicem verſus dux Sanctorum imagines e parietibus pendulae cultui erant expoſitae. Et in crepidine ſcamni a dextero Czari latere aſſurgentis pollubrum erat argenteum cum gutturnio, et mantili, ut poſt oscula a nobis Czari dextrae ex more data, eam ab impuris paganorum (ut omnes Latinae Eccleſiae homines Moscovitae appellant) labiis pollutam lavare, et abſtergere poſſet. Pileolum Zebellino ornatum margine, et redimitum Corona aurea, quae quaſi Zebellinis inniteretur pellibus in ſummitate verticis deſinebat in crucem, in capite geſtabat. Sceptrum dextera tenebat.

Stabat in latere ejus dextro Dux Jacobus Kudenietewiz Tzerkasky ex prosapia Principum Circassorum ad mare Hircanum, et Bojarus. A sinistro socer Ilia Danilowitz Milo-slawsky itidem Bojarus. Ante thronum vero quatuor ex Ducum filiis in albis indumentis securiferi.

Decem circiter passus a Czaro statuerunt nos Commissarii nostri. Ibi curvatis decenter ad reverentiam genibus erga eum more nostro nos inclinavimus, familia nostra omni aliquo post nos intervallo stante. Tunc Dumni - Diakus, sive Regni, aut status Cancellarius Almas Ivanow, qui super scamnorum solum a parte laeva Magni Ducis in linea nobis aequali ab eo distans cum aliis haud paucis stabat, dixit ei: Adventasse Legatos Magni Rom. Caesaris, coramque eo stare frontem suam percutientes, scilicet, eum venerantes. Cui Magnus Dux innuit, ut nobis diceret, proponeremus, quae vellemus.

Hoc audito Calvuccius primam propositionem ex benignissimo Sae. Cae. Mjtis. Vae. mandato nobis verbis conceptis traditam memoriter recitare orsus est, sed absolutis Sae.

Cae. Mjtis. Vae. et Czari titulis interpres interrupit, eos Rutheno repetens idiomate. Vix abſolverat, cum Magnus Dux e ſolio ſurgens percontatus eſt a nobis: An frater ſuus amantiſſimus Romanorum Caeſar Leopoldus bene valeret? et ſtatim reſedit. Reſpondimus, cum Vienna diſcederemus, relictam a nobis Sam. Cam. Mjtem. Vam. proſpera, Deo ſint laudes, valetudine utentem. Dixit inde Cancellarius, ut credentiales Sae. Cae. Mjtis. Vae. Magno Duci praeſentaremus. Quas de Mayern a Secretario noſtro tunc acceptas committante Collega ei tradidit, ad ſtationem illico retrocedens. Is autem in continenti eas ſupradicto Duci Tzerkaſky conſignavit.

Poſtmodum idem Cancellarius nunciavit nobis, quod Magnus Dux faceret nobis gratiam, ut ad oſculandam ejus manum aſcenderemus. Dum accedimus, ſceptrum ille ad laevam tranſtulit, extenſa ad oſculum dextera, quam ſaepedictus Tzerkaſki ſua ſuſtentabat; Socer vero Ilia Danilowitz totus erat attentione, et nutibus, ne aliquis noſtrum eam forſan contra phas ſuis attrectaret.

Hoc peracto indicavit nobis Cancellarius, ut reliquum propofitionis noftrae exponeremus. Qua abfoluta dixit, quod Magnus Dux faceret nobis gratiam fedendi. Statimque allatum nobis fcamnum oblongum fine humerorum fulcro, ut plerumque Rufforum eft mos, Perfico tapete tectum, ubi confedimus, usquequo aliquot ex Domefticis noftris ejus manum deosculati fuiffent.

Tunc dixit Cancellarius, ut furgeremus; ftantes nos interrogavit Magnus Dux, an bene valeremus? cui de more refpondimus, quod gratia Dei, et Clementia fua, bene, et gratias ei de hac benignitate egimus.

Et dictum nobis denuo, ut federemus. Procedensque a latere Cancellarii Ivan Mihalowitz Miloslawsky Okolnicius dixit Magno Duci, allata a nobis noftra ei munera fuiffe. Quae dum a noftris famulis feruntur, moniti a Cancellario furreximus, et corporis inclinatione Magnum Ducem ea intuentem vice verbalis oblationis, fic ferente Rufforum confuetudine, reveriti fumus. Tandem mandavit ille Cancellario, ut nobis fignificaret, deputaturum fe aliquot ex confiliariis fuis, cum qui-

bus conferre omnia, quae nobis supererant proponenda possemus; et fore, ut illa die cibos ex mensa sua gustaremus. Post haec exhibita ei reverentia abivimus. Exeuntibus iidem, qui nos ingredientes exceperant, nomine Magni Ducis valedixere.

Nobis ad hospitium priori pompae apparatu reconductis supervenit post horam Dux Alexius Ivanowitz Boinosow Rostawsky missus a Magno Duce, ut ejus vice nobis ex Czarea culina epulum praeberet, cui ad gradus usque honoris gratia obviavimus. Mensae paratus facilis fuit. Eam super vili mappa salinum, binae aceti, et olei phialae, unicus cum furcinula, et cultro in ejus summitate pro digniori conviva positus cochlear, et quidem omnia ex puro auro, adornaverunt. Mappula nulla apposita. Illotis manibus mensae accubuimus, ubi placentulae vices orbis, sive quadrae inde exulantis supplere debuerunt. Abacum scyphi, paterae, et id genus inaurati pocula argenti confuse onerarunt. Dignioribus nobis attributis locis a sinistris de Mayern fere extra mensam, quae de more erat angusta, convivator sedebat. Allata sine temporis

interſtitio una ſimul in patinis argenteis fercula varii generis ad centum et quinquaginta. Omnia noſtris oculis expoſita autem menſae ſolummodo, quae palatui magis arridebant. Reliqua noſtro peni procuratori ad conſervandum tradita. Frigefacta quidem omnia erant, cum ſat longus viae tractus a culina magni Ducis, unde afferebantur ad aedes noſtras, intereſſet; ſed aliquot non adeo inſulſe condita, ut aſpernari eas aliquis, niſi delicatulus, deberet. Vini aduſti, Malvatici, Hiſpanici, Gallici, medonum varii generis, et cereviſiae quinquaginta partim argenteae, partim vero ſtanneae ſatis amplae lagenae, et quidem contra morem liberaliter impletae, ſimul quoque allatae. Poſt horae quadrantem convivator noſter jubens nos ſtare, propinavit de Mayern ex poculo honeſtae capacitatis vinum (prout is data ſibi optione, eo quod mitius eſſet, elegerat) Gallicum pro ſalute ſui Czari, ejus titulos integre recitans. Quo ab invitato et reliquis omnibus diſcumbentibus epoto reſedimus. Nec bene quadrans alter elapſus fuerat, cum denuo ille ſurgens, et nos ad ſurgendum invitans, iterum de Mayern pocu-

lum alterum pro ſalute Sae. Cae. Mjtis Vae. cujus etiam titulum plenum ex charta legit, poſt ſe exhauriendum porrexit. Cum ſatisfeciſſemus omnes, iterum accumbentibus vix parvulam temporis moram concedens, invitavit tertio eundem de Mayern ad tertium poculum pro ſalute Principis Alexii Magni Ducis filii exſiccandum, quod ſtantes praeſtitimus omnes. Tunc ipſe, quaſi munere ſuo jam praeclare functus eſſet, abiit donatus a nobis in praemium non prolati diu taedii ex inaurato argento ſcypho non vulgari.

Die Maji antepenultima annunciaverunt nobis Commiſſarii noſtri, quod immediate ſecutura denuo coram Magno Duce admittendi eſſemus. Et quod interim liceret famulis noſtris, quocumque liberet, ire. Petierunt insuper nomine Cancellarii copiam noſtrae ad Czarum factae propoſitionis, quam eis dedimus.

Penultima itaque circa nonam matutinam a noſtris Commiſſariis ad Czarum cum iisdem in omnibus ceremoniis, et apparatu, quibus ad primam audientiam nos deduxerant, ducti, et ab iisdem qui nos tunc exceperant excepti

fuimus. Magnus Dux tamen in alia paulo anguſtiori aula, et in alio pariter throno intra duas itidem feneſtras, ſed verſus dexterum aulae angulum collocato, ſceptro, corona et Regio amictu conſpicuus viſendum ſe praebuit. Supra caput ejus ſolio affixa Divae Virginis icon. A dexteris globus aureus pyramidi argenteae incumbens, ibique ſocer Ilia Danilowitz et a ſiniſtris Fedor Mihalowitz Ertiſchew ſupremus Czareae aulae praefectus, et haud infimus Czari gratioſus ſtantes. Conſpectum cuſtodiebant juxta morem bini, et bini albis amicti veſtibus Duces adoleſcentes ſecuribus armati. Ad laevam illius, et oblique parum in conſpectu ſuper ſcamnis in ligneo ſolo per duos tantum gradus elevato ſedebant ad parietem detecto capite ex Conſiliariis haud pauci, e quorum fronte ad dexteram ſtabat cum aliis quamplurimis Cancellarius. Obſervavimus itaque tunc, eſt poſtmodum, ex more Moscovitico angulos reputari pro locis decentioribus; etenim ſolium Magni Ducis ſemper in angulo vidimus, cum tamen commodiſſime, praeſertim in hac ſecunda aula, in medio collocari potuiſſet. Et Ruſſi

Divorum imagines quas parum abeſt, quin idolatrentur, et ſemper in quocumque cubiculo habent, in angulis collocant.

Cum Magnum Ducem venerati eſſemus, curavit nos de ſalute noſtra interrogari. Cui dato juxta morem reſponſo gratias egimus pro convivio nobis tam liberaliter per Commiſſarium ſuum exhibito. Inde dixit Cancellarius, Magnum Ducem curaſſe, literas Sae. Cae. Mjtis. Vae. in idioma ſuum transferri, et ab iis percepiſſe, nos ad aliqua bonum publicum concernentia ipſi proponenda fuiſſe Ablegatos, et quod ideo nobis fidem adhibere deberet, quod facturus erat. Interim deputaſſe ad audiendum propoſitiones noſtras Ducem Alexium Nikitowitz Trubetzkoi Bojarum, et Caſani locum tenentem: Ducem Georgium Alexiowitz Dolgorukoi, Bojarum, et Susdalis locum tenentem: Bogdanum Mattheowitz Hitrow Ocolnicium Czarei armarii cuſtodem, ejusque Orsza locum tenentem: Et Almaſium Ivanow Dumni - Diakum, Regni, ſcilicet, ſive ſtatus Cancellarium. Poſt hoc allatum nobis ſolitum ſcamnum ad ſedendum, brevi tamen uſu, nam juſſi ſurgere et ad

conferentiae locum transitum facere, ſolito venerationis noſtrae ſigno Magno Duci reverenter exhibito, abivimus, ab iisdem Ducibus et Diakis, qui nos ejus nomine extra aulam exceperant, eodem loco officioſe dimiſſi. Exeuntibus nobis a Czaro Conſiliarii parum aſſurrexere, quibus inclinato capite correſpondimus.

Transivimus itaque ad conferentiae locum, qui tribus ſucceſſivo ingreſſu conclavibus diſtinguebatur. In primo excepit nos Cancellarius Almas Ivanow, in tertio reliqui tres ſtantes. In hoc e regione januae, ſed prope angulum dexterum, menſa juxta Ruſſorum morem oblonga et anguſta ita collocata erat, ut longitudinis totius ſpatium oſtium reſpiceret. Ibi ſuper ſcamno parieti affixo e conſpectu januae ſedere juſſi fuimus, collocante ſe tamen prius primario Deputato ſuper altero ſcamno, quod in angulo cum noſtro conjungebatur, parieti ſimiliter innixo, ita ut ſolus anguſtum illius menſae ſpatium occuparet. Alter ex eis, tertiusque unus pone alium ſuper eodem ſcamno prope illum, ſed extra menſam, ſedebant. Cancellarius autem e con-

ſpectu Calvuccii humeris oſtio oppoſitis ſuper portatili ſcamno ſolus ad menſam reſederat. Interpres Bauſch et Wieberg cum Secretario noſtro, et tribus amanuenſibus Moſchis ſtabant. Priorem ergo locum, juxta obſervationem Moscovitici moris a nobis deinde longo, quo in Ruſſia fuimus, tempore per occaſiones factam, occupavit Trubetzkoi, ſecundum de Mayern, tertium Dolgorukoi, et quartum Calvuccius: ſemper enim apud Ruſſos primus locus eſt angulus, qui anguſtias menſae excipit, et ſecundus alter angulus, qui longitudinem ejus incipit. An autem poſt hanc noſtram obſervationem toleranda ſit ab Ablegatis ſuis haec locorum distributio, Sae. Cae. Mjtis. Vae. Clementiſſimae diſpoſitioni relinquimus.

Primus Deputatus ſurgens, quomodo et nos, invocata Sanctiſſima Triade, et lectis integre ſui Domini prius, et mox Sae. Cae. Mjtis. Vae. titulis dixit, quod Magnus Dux audiviſſet primam noſtram propoſitionem, et literas credentiales Sae. Cae. Mjtis. Vae. in idioma Ruthenum transferri curaſſet.

Dolgorukoi iisdem Ceremoniis, ſed abbreviatis titulis, dixit, quod Dominus ſuus attente

legiſſet ſupra dictas literas et percepiſſet, nos aliquid bonum publicum concernens propoſituros. Hitrow praemiſſis iisdem ſubjunxit, contineri in literis, ut nobis in iis, quae propoſituri eſſemus, fides adhiberetur quod praeſtare eſſent parati.

Cancellarius tandem adhibitis iisdem ſolemnitatibus finem impoſuit dicendo, ideo ipſos fuiſſe a Czaro deputatos ad audiendum propoſitiones noſtras, itaque diceremus. Tunc igitur ſurgentibus iterum nobis, et ipſis lectis per extenſum prius Sae. Cae. Mjtis. Vae. et poſtea Czari titulis, reſedimus, et propoſitionem alteram nobis ex benigniſſimo Sae. Cae. Mjtis. Vae. mandato conceptis pariter verbis conſignatam Calvuccius eis de verbo ad verbum, interpretante per periodos Bauſchio, perlegit.

Audito ejus tenore petierunt ſibi in ſcriptis tradi, quod incontinenter praeſtitimus. Deinde interrogarunt nos, an per Poloniam transiviſſemus? et an Sa. Ca. Majtas. Va. aliquem miniſtrum apud Regem haberet? Reſpondimus ſecundum veritatem ad primum quaeſitum negative, ad alterum affirmative.

Durante hoc interrogationum colloquio animadvertimus, quod interpres, qui semper eo usque quotiescunque mentio Sae. Cae. Mjtis. Vae. incidisset, cum debito Cae. Mjtis. titulo eam nominaverat, jam solo Kayserliche grossmächtigkeit appellaret. Quare confestim monuimus eum, ut hoc tantae Majestati indecenti titulo abstineret. Responderunt Deputati, quod, cum nos priores incoepissemus tali titulo eorum Dominum appellare, non poterant ipsi nostrum alio vocare. Si vellemus ad exemplum Allegreti et Lorbacky titulo Majestatis eorum Dominum honorare, paratos et se ad parem honorem nostro deferendum. Respondimus, quod Rom. Imperator nullum in orbe Christiano regnantem aequalem agnoscat, et quod nemo unquam inter eos repertus fuerit, qui titulum Mjtis. Imperatori debitum in controversiam revocasset. Quodque allegati ab eis Allegretus et Lorbackius contrarium e diametro asseruerint; etenim in literis ab eis Imp. Ferdinando 3°. fe. re. sub die 18 Jan. an. 1656. Moschua Viennam transmissis dixerunt; Regni Cancellarium conquestum apud ipsos fuisse,

quod in ſcriptura latine concepta ab eis tunc Moſcovitis Deputatis tradita, nominando Czarum, titulo veſtrae Serenitatis, et in ejusdem tenoris duplicato Germanice translato, titulo grôſsmächtigkeit tantum uſi fuiſſent: quare petiiſſet, ut in latina ante titulum Veſtram Serenitatem verbum Czaream et in Germanica ante titulum groſsmächtigkeit verbum Czariſche apponerent. Quod cum feciſſent, Cancellarium ſummo cum animo gaudio abiviſſe. Ut autem efficacius haec noſtra aſſertio eorum mentibus imprimeretur, et reminiſcentiam in Cancellario praeſente excitaret, relationem praedictam Allegreti, et Lorbacky in hoc puncto eis de verbo ad verbum legimus. Inde ſubjunximus, jam reſponderent nobis, an jure antiquae poſſeſſionis, vel deſiderio novandi titulum Mjtis. a nobis pro ſuo Czaro praetenderent? Si dicerent, ex antiqua poſſeſſione, obſtare eis ſupradictam relationem. Si novare vellent, conſiderarent, quod non haberemus facultatem tali novationi ſine Clementiſſimo Domini noſtri mandato condeſcendendi. Cum tamen ſemper ingere-

rent, quod Allegretus ubicunque in omnibus occaſionibus Czarum titulo Mjtis. appellaſſet, reſpondimus; quidquid dixiſſet ſolus Allegretus nihil ad nos: oſtenderent ſaltem nobis documentum aliquod, ubi ille et Lorbackius conjunctim Czarum titulo Mjtis. appellaſſent, et tunc nos eorum exemplum ſequi paratos eſſe.

Et quia etiam conquerebantur, quod Sa. Ca. Mjtas. Va. in literis ſuis ad Czarum eum ſolo titulo groſsmächtiger contra exemplum anteceſſorum ſuorum, qui Magnos Moscoviae Duces titulo potentiſſimi honorare conſueverant, apellaret, diximus, literas Sae. Cae. Mjtis. Vae. ad Czarum fuiſſe ſcriptas juxta ſtylum Cancellariae Aulicae Imperialis, in qua reperiri non datur (ſic putabamus) quod aliquis Rom. Imperator Magno alicui Moscoviae Duci, ſed nec Czaro, titulum potentiſſimi dederit. Nihilominus ſi ipſi oſtendere nobis poſſent contrarium, procuraturos nos apud Sam. Cam. Mjtem. Vam. ut etiam impoſterum detur: Nunquam enim praeſumpſimus, ut hoc demonſtrare poſſent.

Diximus deinde, legiſſe nos in relatione Allegreti, quod in prima audientia, quando Magnus Dux de ſalute Augmi. Ferdinandi 3ii ſe. re. quaeſivit, caput corona depoſita aperuerit, quod in noſtra, cum nos de ſalute Sae. Cae. Mjtis. Vae. interrogaret, omiſiſſet. Quare peteremus amice, ut cauſam hujus diſparitatis nos docerent; etenim non videremus, cur illa una eademque in individuo perſona, nempe praeſens Czarus, inter patrem et filium ambos Imperatores, et dignitate indiſtinctos hac honoris differentia diſtinguere vellet. Ad hoc omnes una voce reſponderunt, hoc ab Allegreto fuiſſe falſo relatum, etenim neque Czarus tunc coronam detraxit, neque eam detrahit unquam, etiamſi ſolenniſſimae in die Palmarum proceſſioni, et in templo ſacris interſit. Reſpondimus, credere nos Allegreto, primo, quia praeſumendum miniſtrum talem noluiſſe ſuo clementiſſimo Domino in re, quae facta, vel non, nihil ſua intererat imponere. Secundo, quia ſuffragatur ei conſuetudo apud omnes Principes chriſtianos communis, qui, dum alter de alterius incolumitate interrogat, caput aperiunt, ſed illi pertinaciter perſiite-

runt clamando, falsam esse in hoc puncto Allegreti relationem. Nunquam hoc a Czaro factum. Morem autem christianorum Principum a nobis adductum a se probari, quorum exemplum etiam Czarus sequatur. Illi enim, quippe qui non coronati, sed pileati Legatos admittant, facile pileum deponunt; Quod et ipse Czarus fecit, dum in convivio, cui Allegretus adhibitus, poculum ei pro salute Augmi. Ferdinandi 3ii sc. re. propinans, biretum non coronatum, quo tegebatur, e capite detraxit. Verumtamen quia in istis altercationibus interpres suum Czarum titulo Mjtis. Sam. Cam. Mjtem. Vam. e contra Kayserliche grossmächtigkeit vocare perseverabat, protestati sumus, quod, si mutare nollet, abire inde, nunquam amplius reversuri vellemus. Audita hac nostra protestatione dixit Cancellarius, non posse has differentias in illa conferentia decidi: manerent res in suo statu, usque quo in alia per legitima documenta probassent, ut facturi erant, bona jura sua. Cujus dicto acquievimus, interprete deinceps semper Sam. Cam. Mjtem. Vam. debito Majestatis titulo appellante.

Difceffere tandem Deputati omnes, ut audita Domino fuo referrent. Et poft horae quadrantem reverfus ad nos folus Cancellarius dixit; relata a fe omnia per nos propofita Domino fuo fuiffe: refponfum autem adhuc dari pro tunc non poffe, quare domum revertcremur. Quod fecimus per easdem ceremonias honorati.

Jam Augme. Imperator, quoad factum non depofitae a Czaro coronae, dum de falute Sae. Cae. Mjtis. Vae. nos interrogaret, confideramus primo, negationem quatuor Deputatorum contra relationem Allegreti proceffiffe tam promtam, et unanimem, fine ulla ovis turbatione, ut, quamvis Mofcovitae artem mentiendi optime calleant, vix detur fufpicari illos fuiffe mentitos. Deinde animadvertimus, quod in relatione facta ab utroque fimul Allegreto et Lorbackio Mofchuae die 18 Jan. 1656 in facto recentiffimo, et nullatenus omittendo de depofitione coronae, neque verbulum factum fuerit, fed relatum nude, quod Czarus e folio furrexiffet. Vnde fufpicamur quod forfan Allegretus, qui poft integrum annum in prima cum Collega communi fecun-

dam ſuam relationem ſolus Viennae conſcripſit, quippe qui homo erat, et ideo errori obnoxius, et inſuper ſenex, memoria lapſus fuerit. Comperimus tamen poſt multos menſes, quod aſſertio Deputatorum non in omnibus mendacio vacua fuerit; Etenim reſcivimus, quod vere Czarus coronam e capite in templo detrahat, cum Evangelium legitur, cum panis a Diacono ad altare per ſacerdotem conſecrandus defertur, et cum ad ſacras icones oſculandum procedit. Imo in die Palmarum vidimus nos, dum coram eo ſub dio Evangelium legeretur, dumque ſacra imago ori ejus ad oſculum per Metropolitam (Patriarcha aberat) applicaretur, coronam per ejus ſocerum Iliam Danilowitz ab ejus capite detrahi, et his peractis ei denuo imponi. Quare quoad factum teſtimonio Lorbackii, Gondolae, Laurentii Curelich et aliorum, qui ei interfuere, veritas eſſet fulcienda.

Vltima Maji Commiſſarius noſter Diakus, intimata nobis pro ſecutura die conferentia, vultu ad moerorem compoſito ſignificavit, concommiſſarium ſuum repentine in gravem incidiſſe morbum, ideoque ſuffectum ei priorem

noſtrum itineris Commiſſarium Ivanum Affanaſiowitz Zelabousky. Hoc autem futurum, cum biduo ante ipſe Zelabousky noſtro Sacellano in confidentia aperuiſſet, et ille praedictum aegrotum poſt ſex horas in urbe equitantem, et bene valentem obvium habuiſſet, indicium nobis fecit artificii Moscovitici. Etenim, cum in itinere per varia colloquia agnoſceremus praedictum Zelabousky ingenio ſatis apto, et judicio non erroneo praeditum, et animadverteremus eum ſub patrocinio Cancellarii Regni ad aulae dignitates adoleſcere, et frequenter nuncios ab uno ad alium invicem commeare: conſiderantes, quod non eſſet moraliter ſperanda Moſchuae ob Ruſſorum ruſticitatem et futuram ſecundum barbaram eorum conſuetudinem ſolitariam captivitatem noſtram commoditas inſinuandi dextere miniſtris, quae juxta inſtructionem Sae. Cae. Mjtis. Vae. ex informatione illi adjuncta ſub pellucido confidentiae velo eis detegere jubebamur, ideoque prudenter vereri cogeremur, Gallicam mediationem interea temporis, dum Moſchuam veniremus, ſine revocationis ſpe admiſſam iri, proficuum rebus agendis judica-

vimus, ei per dierum intervalla quasi conversatione illecti, et confidentia mensae seducti pedetentim nunc hoc, nunc illud revelare. Quod valde profecisse experti fuimus; ille enim dubio procul omnia confestim, ac resciverat, Cancellario tanquam arcana a nostrae lubricitate linguae per suam dexteritatem delapsa, ut noster erat scopus, perscripserat. Hinc factum fuit, ut cum nihil horum nos studio in prima sive audientia, sive conferentia, quia nondum adhuc maturuerat tempus, dixissemus, voluerit Czarus illum denuo nobis in Commissarium deputare, tanquam hominem nobis confidentem, et qui dextere sciret secretiora nostra ab imo pectore extrahere.

Die prima Junii jam dispositi primo diluculo ad solitam pompam fuerant ab aedibus nostris ad aulam usque milites: jam quamplurimi ex inferioribus aulae domesticis in atrio nostro nos comitaturi comparuerant, cum in meridie venerunt ad nos Commissarii excusantes, quod impediente profesto juxta eorum Calendarium Dominicae in coelum ascensionis conferentia haberi non posset. Futuram eam tamen post biduum. Nos quamvis om-

nino frivolam cognoſceremus hanc eorum excuſationem, cum, ſi reſpectus Numinis ab eis habitus fuiſſet, milites ad apparatum deductionis noſtrae non vocaſſent, nec eos ab aurora, usque ad meridiem in plateis, et quidem pluvioſo coelo, diſpoſitos detinuiſſent; nihilominus, cum mutari non poſſet, ferendam dilationem rati, diximus, animo nos quidem ad omnem moram in negocio, quod totum ad eos pertineret, paratos eſſe; dolere tamen, quod interim elaberetur tempus, et cum eo opportunitas agendi, cum videremus fieri non poſſe, ut curſor noſter cum eorum reſolutione adhuc tempore comitiorum Varſaviam perveniret; etiamſi illa vigeſima ſecunda tantum Maii die, ut autumabant, fuiſſent inchoata. Quo caſu valde timendum eſſet, ut Poloni turbidorum hominum inſtigatione aliquid durius ad bellum validioribus ſuffulti nervis ulterius protrahendum decernerent.

Relatum die ſequenti ab homine confidente nobis fuit, deliberaſſe eos, an ulterius nos ad conferentias admittere deberent. Et advertimus, quod nullus Commiſſariorum interea temporis ad nos accederet contra morem, qui

ſemel ad minimum ſingulis diebus eos ad nos inviſendum cogere debuiſſet.

Die 3a Junii circa decimam antemeridianam ad ſecundam ducti conferentiam fuimus cum ſolito ſemper in omnibus apparatu. In veſtibulo Palatii exceperunt nos nomine Deputatorum duo Diaki, et totidem in aula ante conferentiae conclave: In ipſo conclavi primo Cancellarius, et in ſecundo reliqui Commiſſarii, qui, ingreſſus praecedentia nobis conceſſa, priora loca ſua, quomodo nos noſtra occupaverunt.

Conferentiae ſatis prolixae ſubſtantia haec fuit. Primo declararunt, non poſſe ſe noſtris propoſitionibus reſpondere, antequam de titulis conveniremus. Has differentias binas eſſe. Prima de titulo Potentiſſimi. Secunda de altero Majeſtatis. Vtrumque autem ex Juſtitia ſe praetendere. Et ad utriusque aſſertionis probationem produxerunt originale reſponſi ex mandato Sae. Cae. Mjtis. Vae. dati Viennae die 11 Novembris 1658 Jacobo Licherow a Czaro ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. miſſo: itidemque tres Rudolphi 2di Imp. ſe. re. in pergameno 17 Julii 1594 Ratisbonae, 23 Maji

1600 Pilsnae, et 27 Januarii 1607 Brandiſii ad Magnum Moscoviae Ducem datas originales literas, in quibus ſemper titulus Potentiſſimi extenſe tam intus, quam extra tribuitur. Jam dixerunt, veſter Imperator promiſit noſtro Czaro per allegatum ſupradictum reſponſum ſuum, quod vellet in poſterum iisdem titulis eum appellare, quibus anteceſſores ſui ejus praedeceſſores appellare conſueverunt. Sed Rudolphus Imperator Magnum Ducem titulo Potentiſſimi per continuos interpolatis temporibus actus appellavit; ergo etc. Quoad Majeſtatem dixerunt: vidiſſe nos ex ſupradicti reſponſi paragrapho, quam male habuerit Sam. Cam. Mjtem. Vam. quod Fragſteinius Czarum titulo Mjtis. honorare noluerit; Inde eos non poſſe adduci, ut crederent, Sam. Cam. Mjtem. Vam. in facto tam recenti adeo immemorem verborum ſuorum fuiſſe ut (ne) dediſſet nobis arbitrium Czaro titulum Mjtis. tribuendi. Omnes itaque difficultates a nobis eſſe. Reſpiceremus exemplum Fragſteinii, qui ob ſuam duritiem debuit rebus infectis abire, quod et nobis, ſi pertinaces eſſe pergeremus, facile poſſet accidere, etenim inconſul-

tum ſibi videri, aſſumere eos in mediationis miniſtros, qui adhuc non admiſſi cum tanto ſui Czari praejudicio ſe inſinuarent. Non defutura ſibi media ad pacem ſine mediatore ſanciendam, et, ſi mediator erit neceſſarius, nec hunc ſibi defuturum. Interim uſuros ſe retorſionis telo.

Nos audientes eorum reſolutionem, et perpendentes inconvenientia, quae ex non admiſſa ab eis Sae. Cae. Mjti. Vae. oblata, per expreſſos ablegatos in conſpectu orbis mediatione, vel certe ex protelata ejus admiſſione oriri potuiſſent. Conſiderantes, quod, etiamſi Sa. Ca. Mjtas. Va. neminem Mjtis. nomine appellet, ſui tamen ſive ablegati, ſive etiam Legati Regem illum, ad quem ablegantur, titulo Mjtis. honorant. Et habita Moſchuae informatione, quod omnes exterorum Regum Legati eodem Mjtis. titulo Czarum appellent. Et quod Allegretus, qui excepta prima propoſitione per Lorbackium facta, ſemper ſolus, et ſlavonice loquebatur, eum ſemper ſic vocaſſet. Memores, quod Sa. Ca. Mjtas. Va. arbitrium conceſſerat ſaepedicto Fragſteinio, ei titulum praedictum

tribuendi, si praevidere potuisset ob non tributum negocia ruitura: et quod imputatum ei in culpam fuerit, quod eo non fuerit usus. Et reflectentes, quod etiamsi nobis hoc expresse mandatum non esset, non erat tamen expresse prohibitum: ex duobus malis illud, quod damnum secum ferret irreparabile, et ideo majus, vitantes: alterumque, quod a voluntate, et arbitrario beneplacito Sae. Cae. Mjtis. Vae. reparari posset, et ideo minus, coacti (sub salutari tamen clausula) admittentes respondimus; Quoad titulum Potentissimi scripturos nos Sae. Cae. Mjti Vae. cum hic ab ea sola venire debeat, nullatenus autem a nobis, qui eo utendi nullam occasionem haberemus. Quoad alium, qui a nobis solis procedere deberet, scripturos pariter; sed quod interim ad tollendas altercationes, quae tam sancto pacis promovendae operi remoram possent iniicere, et ad eluendam impressionem, quam de nobis possent concipere, daturi essemus Czaro titulum Mjtis. quoadusque mentem Sae. Cae. Mjtis. Vae. super hoc percepissemus. Scriptas autem propositiones, quas ei tradideramus, a nobis mutari

non poſſe, cum eas a Sa. Ca. Mjte. Va. conceptis verbis accepiſſemus. Et ita transactum ſuper his differentiis fuit.

Circa hanc materiam autem humillime dicimus, quod anteceſſorum Sae. Cae. Mjtis. Vae. Rom. Imp. Ablegati, cum adferrent Moſchuam Caeſareas literas ſub titulo groſsmächtigkeit, easque traderent, et ſub eodem perorarent, non erant ſolliciti, quomodo interpres Moſchus hoc verbum verteret, is autem vertebat ſemper per verbum Weliczanſtwo, quod apud Ruſſos Majeſtatem ſonat, ideoque Moſchi eo ſemper fuerunt contenti, et praeſertim cum Allegreto, quia audiebant ſemper ab eo Slavonice loquente eodem titulo Weliczanſtwo Czarum ſuum appellari. At cum Fragſteinii expoſitionem per verbum groſsmächtigkeit conceptam interpres Bauſchius, qui hoc nobis retulit, eodem modo per verbum Weliczanſtwo verteret, ille, qui linguae vim callebat, monuit hunc de infidelitate verſionis, petens, ut genuine ſecundum intellectum Germanicae loquutionis illud per praepotentiam exprimeret, quod fecit. Tuncque inceperunt Ruſſi ſuper hoc animadverte-

re, et inde ſuper alio verbo groſsmächtigen, rixas concitare, quas cum ipſo Fragſteinio, et nobiscum habuerunt, et a quibus, conſiderata eorum elatione, noſtro judicio vix unquam ceſſabunt.

His itaque ſopitis dixit Cancellarius, quod Czarus primo libenter audiviſſet Sae. Cae. Mjtis. Vae. intentionem continuandi cum eo in bona amicitia, quam mutuis officiis reciproce fovere vellet. Deinde quod ageret Sae. Cae. Mjti. Vae. gratias pro fraterna benevolentia, qua nos ad offerendum ei pacificam mediationem ſuam inter eum et Poloniae Regem, Regnumque miſerat, quam libenter admitteret. Scire tamen deſideraret, an hoc feciſſet Sa. Ca. Mjtas. Va. ad inſtantiam praedicti Regis? et hoc caſu, an is aperuiſſet Sae. Cae. Mjti Vae. conditiones, cum quibus paciſci vellet? An nos, vel alii Sae. Cae. Mjtis. Vae. Legati nomine ſuo tractatibus intereſſe deberent? Si nos, an haberemus ad hoc munus plenipotentiam? et tandem, an facultatem haberemus armiſtitium interim, dum pax tractatur, faciendi.

Reſpondimus, actis prius pro admiſſa a Czaro Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediatione gratiis, quod Sa. Ca. Mjtas Va. non ad inſtantiam Poloni Regis, ſed ex mero Chriſtianae pietatis inſtinctu, ne ulterius fidelium ſanguis effunderetur, mediatorem ſe pacis ultro obtuliſſet. Ideoque neſciret, ad quas Rex ille conditiones eſſet condeſcenſurus. Nobis autem Clementiſſime mandaſſet, ut ſuo nomine mediationis munere ſuo tempore fungeremur, et ad hoc ſufficienti plenipotentia nos inſtruxiſſet. Verum quod facultas armiſtitii faciendi non ineſſet nobis, cum hoc totum dependeret a voluntate partium belligerantium; Polonorum autem in hoc mens nobis non eſſet perſpecta.

His ſubjunximus agendum jam de loco, et tempore tractatuum inchoandorum, et hoc ſine mora cum ſatis dolendum eſſet, nos tam lente ductos fuiſſe, quia videremus, jam fieri non poſſe, ut curſor noſter Varſaviam ante finita Comitia ut optabile fuiſſet, perveniret. Et hic eis in confidentia aperuimus, quae ex inſtructione, et ſecreta informatione, circa Gallorum, Reginae Poloniae et Suecorum mo-

litiones insinuanda erant, quae omnia gratissime audiuerunt. Interrogavit postmodum nos Cancellarius, an, dato, quod aliqua mutatio in Regno Poloniae fieri deberet, Sa. Ca. Mjtas. Va. vel pro se, vel pro Serensmo. Archiduce Leopoldo Wilhelmo Coronam illam, ut ferebatur, ambire vellet? et an plures ex Augustissma. Austriaca Familia in Germania viverent? Respondimus, a Sa. Ca. Mjte. Va. illud sceptrum nullo modo affectari, et rationes nobis in praedictis instructione et informatione suggestis adduximus. Quoad Serensm. Leopoldum Wilhelmum, esse illum Episcopum, et vix nos credere quod ad Regnum illud aspiret, superesse autem in Imperio ex Augma. familia adhuc tres Archiduces, nempe Serenmum. Carolum, et Serenmos. Fratres Tyrolenses. Inde subridendo addidimus: numquid, si aliquis ex Augma. Domo in Regem Poloniae eligeretur, non haberetis eum libenter? Responderunt, quare non? Domus Austriaca nullas unquam nobiscum habuit rixas, imo fuit semper nobis amica, et nobis semper erit gratus in Polonia

Rex ille, qui nos in pace vivere ſinat. Habeat Regnum illud, qui vult. Noſter Czarus, quamvis habeat in ſcriptis factam a Polonis ſui ad illud electionem, de illo tamen non curat. Inde, quaſi tunc occurriſſet nobis, ad excludendum ſine ſtrepitu a Mediatione Gallos, diximus: numquid non eſſet conſultius, ſi vos, omiſſis tot formalitatibus, ingenue conſideretis nobis conditiones, ſub quibus pacem cum Polonia ſancire velletis? Sic parceretur haud exiguis ſumptibus, et laboribus, et tempus non tereretur inutiliter; etenim nos, et Legatus noſtri Clemmi. Domini Baro de Liſola, qui apud Poloniae Regem eſt, brevi poſſemus per curſorem omnia componere. Deliberate ſuper hoc. Quod annotarunt. Deinceps interrogavimus eos, an alium praeter Sam. Cam. Mjtem. Vam. haberent mediatorem? Reſpondit Cancellarius, Legatum Gallicum de Lombres in novmi. ann. 1660 ſcripſiſſe Generali Naſciokino, miſſum ſe a Suo Rege in Poloniam fuiſſe, ut pacem inter Czarum et Regem illum componeret: quod (modo Czaro placeret) libenter eſſet praeſtituus. Reſponſum autem Legato

fuiſſe, ſi literae ſui Regis ſuper hoc negotio ad Czarum venirent, fore, ut is reſolutionem ſuam deſuper daret. Nullas autem usque tunc vel Regis, vel Legati adventaſſe literas.

Tandem Cancellarius interrogavit nos, an nihil aliud, praeter expoſita, ex mandato Sae. Cae. Mjtis. Vae. exponendum haberemus. Quaeſo omnia diceremus. Cui reſpondimus, a Sa. Ca. Mjte. Va. nos expreſſe Ablegatos ad mediationem ſuam ſolummodo offerendam fuiſſe, et praeter hanc oblationem nihil penitus nobis injunctum. Quae autem eis in confidentia dixeremus, nullatenus ex mandato Sae. Cae. Mjtis. Vae., ſed ex noſtra privata bona affectione profecta fuiſſe. Tunc ſubjunxit; Vere Czarus noſter debet hanc Caeſareae Mjtis. benevolentiam magnifacere. Poſt haec rogantes nos Deputatos, ut quantocyus expedirent expedienda, ad aedes noſtras per easdem ceremonias vecti fuimus. Die 4a Junii tertiam habuimus conferentiam: multa hinc inde dicta fuere, quorum ſubſtantia haec: Placuerat Czaro propoſitio tractandi ſine congreſſu privatim per nos et Baronem

de Lisola pacem; sed scire volebat conditiones, quas Rex Poloniae proponeret. Cumque respondissemus, nobis non esse compertas, nullis rationibus potuerunt Deputati adduci, ut suas nobis concrederent, dicentes, quod antequam Czarus non esset certus de admissa etiam a Rege Poloniae mediatione, nihil de mente sua aperire nobis vellet. Cumque ab hac resolutione per multas rationes adductas dimoveri minime possent, debuimus negocium ad ordinariam congressus viam remittere.

Interrogavimus deinde eos, quid certi scribere Sac. Cae. Mjti. Vae. quoad Gallicam mediationem possemus? et responderunt: literis Regis Galliae, si aliquae superventurae essent, responsuros se, jam Legatos Imperatoris praeoccupasse, easque sero venisse. Non esse sibi tot Mediationibus opus. Quod praestiterunt; imo et magis, nam literis praedicti Regis mediationem suam offerentis neque respondere (forsan ob non tributos sibi praetensos titulos) Czarus voluit. Tantum mandavit Nasciokino, ut Legato de Lombres scriberet, literas Regis sero ad se venisse,

jam enim Caesaream admiserat mediationem, quae pro terminandis dissidiis esset suffectura.

Concesserunt nobis facultatem mittendi ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. cursorem, et petierunt, ut plenipotentiam nostram praesentaremus, unde literas Credentiales Sae. Cae. Mjtis. Vae. in hoc mediationis puncto eis tradidimus cum declaratione, quod ex Clementissimo mandato suo de Mayern ad locum tractaturum se conferre, Calvuccius autem Moschuae manere deberet. Quod admiserunt, nihilque contra credentiales opposuerunt.

Interrogavimus etiam, in quo statu tractatus cum Suecis essent. Et responderunt, quod sperarent brevi cum eis pacem. Nihil tamen particularioris notitiae nobis confidere voluerunt. Quare oblatio mediationis Sae. Cae. Mjtis. Vae. nobis tunc intempestiva visa fuit; sed cum pauculos post dies audivissemus illos adeo fuisse promotos, ut indubie pacem sperarent, noluimus praetermittere, ut bona mens Sae. Cae. Mjtis. Vae. suum meritum amitteret, ideoque sermonem cum Zelabousky de his tractatibus instituentes, dextere

ei cum ſolita confidentia inſinuavimus, quod, ſi forſan difficultates aliquae in tractando enatae eſſent, quae mediatore indigerent, Sa. Ca. Mjtas. Va. ob totalem Orbis Chriſtiani tranquillitatem hoc onus in ſe ſuſcipere non eſſet detrectatura. Quod libenter audiit, petens a nobis facultatem, quam ei conceſſimus, hoc ſuo Czaro revelandi. Inde factum quod die 20 Junii an. 1661 nobis diceret, jam omnino inter Ruſſos et Suecos transactum fuiſſe, nihilque agendum ſupereſſe, quam ut transactionis articuli in ſcriptis redigerentur. Et quod die 8 Julii ille cum altero Commiſſario nomine ſui Czari participes nos fecerint de ſancita ab eo cum Suecis pace. Quamvis interrogati a nobis de conditionibus reſpondiſſent, ſibi eſſe incompertas.

Pro loco futuri congreſſus nominaverat Czarus Polociam, quae ante annum placuiſſet Polono Regi, utpote ad Dunam in agro non adeo tunc deſolato, et utrique parti commode ſita. Tempus autem conveniendi pro inchoandis pacis tractatibus remiſerat Polonorum arbitrio, modo congruum aſſignaretur,

ita ut ipſe poſt notitiam ejus Moſchuae habitam plenipotentiarios ſuos eo mittere poſſet.

Cumque (ut credimus) ſuſpicaretur, nos vel penitus nihil, aut certe tepide de quaeſtione titulorum Sae. Cae. Mjti. Vae. ſcriptu-ros, curſori noſtro Diakum Jeſſimum Procoſſium adjungere voluit tanta pertinacia, ut quo magis eum avertere per irrefragabiles rationes a decreta miſſione niteremur, eo magis ipſe contra obniteretur.

Die 8a Junii circa undecimam noctis acceſſit ad nos jam cubantes multo ſtipatus aulico ſervitio Diakus Dimenti Boſmakow Magno Duci apprime charus, qui ejus nomine nobis tanquam amantiſſimi ſui Fratris Leopoldi Rom. Imperatoris etc. Ablegatis natum ſibi filium nunciavit, quem parvulum Czarum Fedorem Alexiowitz nominavit. Reſpondimus juxta debitum officioſe, et ad oſtentandum gaudium noſtrum magno inaurati argenti ſcypho nuncium donatum remiſimus. At die 19 ejusdem menſis celebrans Czarus Fedoruli ſui feſtum, ut in honorem Sae. Cae. Mjtis. Vae. nos ejus faceret participes, denuo nobis in noſtris aedibus epulum praeberi voluit: Com-

missarius fuit idem Dux Rostawsky, qui in primo fuerat, et Ceremoniae eaedem, addita tamen appendice quarti calicis pro incolumitate parvuli Fedoris exsiccati.

Die Julii 30 dum Czarus ad templum Sti. Heliae non longe a nostris aedibus situm se conferret, misit ad nos supradictum confidentem suum Dementi percontatum de valetudine Sae. Cae. Mjtis. Vae. sui charissimi Fratris, et deinde de nostra.

Die 21 Septembris accessit ad nos supramemoratus Cancellarius cum Stolniko quodam, qui ante aliquot menses ad Regem Poloniae ablegatus tunc primum reversus erat. Exordium colloquii fecernnt ab interrogatione, an sciremus, ubi tunc esset corona, qua Reges Poloniae solent inaugurari? Publicatum enim in Comitiis Varsaviae tunc habitis fuisse, quod eam proceres aliquot Poloni Viennam ad se. re. Augmum. Ferdinandum 3m. Sae. Cae. Mjtis. Vae. parentem detulissent, cum auxiliaria ejus arma contra Suecum implorarent. Postquam vero respondissemus, quod nos hoc omnino lateret, retulit Stolnikus, Baronem de Lisola, omnes-

que ejus familiares, et quidem ſingulos in ſingulis aedibus ſejunctim, Varſaviae ex mandato Regis arcte tunc a militibus cuſtodiri. Inſtitiſſe ſe apud Polonos, ut facultas ſibi fieret, eum ante diſceſſum ſuum alloquendi, ſed fruſtra. Et hic interrogavit nos Cancellarius, annon poſſemus veram hujus arreſti cauſam mente percipere? Reſpondimus, forſan Domino Ablegato, cui Varſaviae nulla domo exeundi facultas erat, ſupra veritatem vel a deceptis, vel a deceptoribus fuiſſe relatum; cum aegre nobis credibile fieret, quod praedictus Baro per milites cuſtodiretur; ſed bene, quod ob aliquam Regis indignatiunculam ex comitiorum negocijs, et praeſertim circa ſucceſſorem eligendum forte enatam aditus ei ad aulam fuiſſet ad tempus interdictus. Replicarunt, de veritate arreſti nullatenus dubitandum: cauſam autem ad detentionem ſupradictae coronae detulerunt. Inde ſubdiderunt, curſorem, quem die Junii 13 Moſchua ad praedictum Baronem prius, et deinde ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. profecturum juxta Clementmum. mandatum ſuum expediveramus, Diacumque Jeſſimum

Pocoffium ei a Czaro cum fuis ad Sam. Cam: Mjtem. Vam. literis adjunctum die 3a. Aug. Varfaviam ingreffos, cum ipfe Stolnikus Mofchuam reverfurus inde exiret: Prohibitum fe tam a fuis ductoribus, quam ab eorum cuftodibus eos alloqui, relatum tamen fibi poftmodum fuiffe a quodam e domefticis fuis, quod Diakus pertrauseundo furtim exotico idiomate dixiffet, fuiffe tam fibi, quam curfori noftro literas omnes ademptas, Regique allatas. Et tandem inaudiviffe, quod ambo feparati fub militum cuftodia detinerentur, et Rex miniftros illos, quos ad pacis, bellique negocium in Lithuaniam praemiferat, ftatim ad fe revocaffet. Exaggeravit hic Cancellarius Regis Poloni factum, et juris gentium violationem, afferuitque fuum Czarum non fine magna admiratione hoc percepiffe.

Refpondimus, quod et nobis quoad curforem noftrum tantae effet admirationis, ut induci non poffemus ad credendum, factum a Rege amico fuiffe, quod ab hofte vix effet exfpectandum. Tubicines, curfores et Legatos, et praefertim femel admiffos, effe apud omnes nationes facrofanctos. Legatorum au-

tem ad ablegantem ſuum literas referare, niſi hoſtilitas aperta intercedat, piaculum. Quod itaque perſuaderi nobis non poſſet, ſive curſoris detentio, ſive literarum ablatio. Utut tamen eſſet: Quod Rex Poloniae ex noſtris literis violatis nihil aliud percipere potuiſſet, quam illud idem, quod Baro de Liſola ei retuliſſet, ſi noſtrae ad eum literae fideliter redditae fuiſſent. *Z*elum nempe Sae. Cae. Mjtis. Vae. componendi inter ipſum et Czarum diſſidia, et Chriſtiani ſanguinis effuſionem ſiſtendi. Diligentiam noſtram in executione Clementiſſimi Sae. Cae. Mjtis. Vae. ad hoc obtinendum mandati. Et promptam Czari ad pacem propenſionem cum admiſſa a Sa. Ca. Mjte. Va. per nos ei oblata mediatione. Dolere tamen nos de ipſorum Diako, cujus infortunium antevertere potuiſſent, ſi conſilio noſtro de non mittendo penitus eum, vel ſaltem literis Czari ad Regem Poloniae muniendo acquieſcere voluiſſent.

His regeſſit Cancellarius, Diakum fuiſſe a Czaro miſſum ſub fiducia aſſertionis noſtrae, quando in conferentia interrogati, an certi de admiſſa etiam a Polonis Sae. Cae. Mjtis.

Vae. mediatione venissemus? respondimus, Sam. Cam. Mjtem. Vam. firmiter persuasam vivere, quod Poloni eam non essent recusaturi. Sed demonstravimus, ab hoc responso non debuisse eos prudenter rem faciendam pro facta interpretari. Et forsan ratione hujus mediationis, et ejus admissionis aliquid inter Poloniae Regem, et Lisolam obortum, quod ansam vulgo dederit sinistros de hujus arresto rumores falso spargendi.

His addidit Stolnikus, retulisse se a Rege Poloniae literas responsivas ad eas, quas illi a Czaro suo attulerat, in quibus consentiebat ille quidem, ut tractatus pacis instituerentur, Legatosque suos ad eos destinabat, nullam tamen de Caesarea mediatione mentionem faciebat, sicut nec ipse, quamdiu Varsaviae fuerat, ullam fieri audiverat. Vnde evidenter esset concludendum, quod Rex illam oblatam ignoraret, vel respueret. Respondimus, quod praesupposita in Rege ignoratio non posset dari, cum publica satis missio nostrum in Moscoviam cum ejus causa fuisset. Quod autem eam respueret, non posse concludi ex eo, quod de illa sive cum ipso Legato co-

ram, five in fuis ad Czarum literis nullum verbum feciffet; etenim tunc curfor nofter cum certificatione ejus a Czaro admiffae Varfaviam nondum, ut ipfe Legatus referebat, advenerat. Quare intempeftive Rex fuper ea mentem fuam declaraffet. Tunc vero temporis, quando aut ex referatis (quod non credebamus) noftris literis, aut (ut probabilius) ex Baronis de Lifola relatione eam a Czaro admiffam fuiffe percipere potuerat, non dubitare nos, quin juxta Sae. Cae. Mjtis. Vae. rationi confentaneam fuppofitionem eam et ipfe acceptaffet. In qua credulitate confirmabamur, dum audiebamus, ab eo ftatim poft curforis noftri adventum miniftros in Lithuaniam jam praemiffos fuiffe revocatos; etenim nobis perfuadebamus, quod inftruere eos fuper hoc novo emergente voluiffet. Exfpectandum igitur aliquantifper, ufque quo curfor nofter reverfus fuiffet.

Hic dixit Cancellarius, quod Poloni vellent pacem fine mediatore tractare. Et nos eum interrogavimus, quid Czarus fuper hoc diceret? an promiffioni nobis per fuos Deputatos in Conferentia factae, et Sae. Cae. Mjti.

Vae. per ſuum expreſſum repetitae inhaerere vellet? Et reſpondit, quod ſuper hoc conſulere Dominum ſuum vellet, ejusque mentem nobis poſtmodum per Commiſſarium noſtrum Zelabouſky aperire. Quod tamen Moſcovitico more nunquam praeſtitit.

Tandem conqueſtus graviter fuit, 'quod Poloni captivos Ruſſos inhumaniter tractarent, damnantes etiam magnae Nobilitatis viros ad ligonem et aratrum, vixque eis aquam doloris, et panem anguſtiae ſubminiſtrantes: Permutationem interim a Moſchis expetitam non admitterent; ſed lythrum ipſi pro Ruſſis vellent, ſuos vero redimere omnino negligerent. Petiitque ut haec omnia Sae. Cae. Mjti. Vae. ſignificaremus.

Eadem die poſt meridiem viſitavit nos ſupradictus Zelabouſky, qui mentionem iniiciens de praedicta curſoris detentione, et literarum ablatione, conatus fuit nobis perſuadere non aliunde eveniſſe, quam ex retentione Polonicae Coronae. Identidem vero loquebatur de noſtro Moſchua diſceſſu, quaſi brevi futuro, et quidem utriusque noſtrum. Debuimus itaque repetere, quod ex Clemen-

tiſſima Sae. Cae. Mjtis. Vae. inſtructione, et deputatorum ad nobiſcum conferendum promiſſione de Mayern ſolus ad locum tractatuum ſe conferre, Calvuccius vero Moſchuae apud Czarum iis durantibus permanere deberet. Rogavimusque ut ſuper hoc ſupradicti Cancellarii memoriam refricaret, et nomine noſtro proteſtaretur, nos non poſſe de noſtris perſonis aliter diſponere, praeſertim tunc, quando haec noſtra diſpoſitio in conferentia a Deputatis admiſſa, et de ejus admiſſione Sa. Ca. Mjtas. Va. a nobis humillime certiorata fuerat. Reſpondit, longe conſultius nos facturos, ſi ambo conjunctim proficiſceremur. Miſſos nos a Sa. Ca. Mjte. Va. ut Czaro inſerviremus, hujus autem ſervitium tunc requirere ut ambo iremus. Excuſaturum eum ſuis literis apud Sam. Cam. Mjtem. Vam. factum. Sed perſtitimus replicando, miſſos nos quidem ad inſerviendum ſuo Czaro, ſed praeſcripto modo, fuiſſe, ideoque non licere nobis Sae. Cae. Mjtis. Vae. inſtructionem interpretari, aut ab ea vel latum unquem diſcedere, eoque minus, quod per novas Sae. Cae. Mjtis. Vae. literas juſſi fuera-

mus eidem preſſe et ad amuſſim inſiſtere. Dixit itaque ſe omnia Cancellario relaturum, et ſequenti die deſuper reſponſurum. Quod tamen adimplere usque ad diem 28 praedicti Septembris diſtulit, dicens nobis tunc, quod Czarus Legatos ſuos ad locum tractatuum non ante miſſurus eſſet, quam curſor a Rege Poloniae Moſchuam adveniſſet, et quod tunc liberum nobis futurum eſſet, eo vel ambo, vel noſtrum alter pro libitu proficiſci. Quam repetitam promiſſionem ab eis Moſcovitice, id eſt, fallaciter et mendaciter, factam fuiſſe, tempus docuit. Vltima ejusdem Septembris die proficiſcens Czarus ad celebre Sanctiſſimae Trinitatis Monaſterium duodecim a Moſchua milliar. Pereslaviam verſus diſtans, ut ibi Sanctorum ſuorum Sergii, et Niconis Monachorum corpora miraculis coruſcantia viſitaret, miſit ad nos ſupranominatum Ducem Roſtawſky, qui hoc nobis ſignificaret, et quomodo valeremus inquireret. Cui actis per eumdem humillime gratiis, ut votorum ſuorum compos proſpero itinere ſoſpes reverteretur, precati fuimus.

Pertranſiens vidit in aliqua platearum urbis aliquot ex domeſticis noſtris, qui eum reverenter inclinati ſalutabant, miſitque ad eos percontatum, an ex noſtris eſſent? quod cum affirmaſſent, interrogavit eos ulterius nuncius ejus nomine, an bene valerent? et ad Dominum ſuum cum eorum reſponſo, et gratiarum actione reverſus eſt.

Vigeſima autem Octobris ſaepedictus Zelabouſky Czari nomine nobis ſignificavit, quod proxime tunc ſecutura die curſor Varſaviam verſus profecturus eſſet cum ejus ad Regem Poloniae literis, per quas eum certiorem reddebat, quod juxta optionem temporis, et loci pro tractatibus pacis ſibi ab eo datam Smolenſciae viciniam pro loco, diem autem Januarii primam ſtylo veteri pro tempore eorum inchoandorum nominaret. Eo itaque ſe Legatos ſuos tempeſtive miſſurum non dubitando, quin Rex idem facturus eſſet. Interim monitum eum voluiſſe, quod haberet jam diu Moſchuae apud ſe Legatos Sae. Cae. Mjtis. Vae. quos ſimiliter cum ſuis eo deduci curaturus eſſet, ut pacis mediationis a Sa.

Ca. Mjte. Va. per eos ſibi oblatae, et a ſe admiſſae miniſtri eſſe poſſent.

In ordine ad hoc die 19 Decembris deducti fuimus more conſueto in palatium ad conferendum cum ſolitis Deputatis, qui prius ab ovo totius noſtrae tractationis ſerie ex ſcripto faſtidioſe repetita, tandem nobis legi et interpretari curarunt concluſionem prolixae ſatis Regis Poloniae ad Czarum epiſtolae Glembocki in Lithuania die 19. Novemb. 1661 exaratae, per quam Rex Czaro reſpondebat, quod amicum officium Sae. Cae. Mjtis. Vae. merito magni eſſet faciendum, quodque, ſi pax per mediatores tractanda foret, non tantum Sae. Cae. Mjtis. Vae. ſed etiam cujuscunque vel minoris conditionis Principis mediatio minime eſſet reſpuenda. Cum vero experientia docuerit, tales mediationes nihil aliud tractatibus pacis afferre ſolitas, quam protelationes mediatorum commodis ſubſervientes, in animo ſibi eſſe majorum ſuorum veſtigiis inſiſtere, ideoque de pace ſine mediatore tractare: quare nullo modo Czarus nos ad locum tractatuum deduci curaret, nec quicquam enim eo veniremus. Mitteret ipſe ſuos dum-

taxat Commiſſarios, ſi pacem promptam vellet, quod vix credibile fieret ex hoc ipſo quod mediatores ad opus differendum adhibere ſatageret. Hoc perlecto interrogarunt nos, quid Czaro, quid nobis facere expediret? Reſpondimus, leges dari a victore, a victo accipi. Conſiderarent ſe, et Regem Poloniae, et ſi victores ſe agnoſcerent, gererent ſe tales: ſin minus, cederent neceſſitati. Miſſos nos fuiſſe ad offerendum Czaro Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem, eamque opere praeſtandum. Admiſſam hanc, admiſſos et nos tanquam futuros ejus miniſtros ab eo fuiſſe: In ejus itaque diſpoſitione, non noſtra eſſe, quid de nobis ſtatuendum eſſet. Paratos nos ejus in hoc voluntati morem gerere. Quod ſi res arbitrio noſtro permitteretur, moram Moſchuae usque ad reditum noſtri tubicinis trahere vellemus, ſperantes nos per eum certiores redditum iri de rerum ſtatu, et ratione agendi; cum non dubitaremus, quin Sa. Ca. Mjtas. Va. interim cum Rege Polono ageret, ut et ipſe mediationem ſuam admitteret. Interea peteremus, ut copiam verborum Regiae epiſto-

lae nobis perlectorum tradere non gravarentur. Quae omnia relaturos ſe Czaro dixerunt.

Acceperamus jam tunc ante dies quadraginta Clementiſſimas Sae. Cae. Mjtis. Vae. literas, 16 Auguſti Viennae datas, per quas juſſi fueramus, eas, quas nobis Viennae ante diſceſſum inde noſtrum clauſas tradi mandaverat cum praecepto, ne eas ante novum ſuum benigniſſimum mandatum aperiremus, reſerare, et quae in iis nobis commiſſa lecturi eſſemus, prompte exequi: Vnde obedientes petieramus a Czaro cum ſolitis Deputatis conferentiam. Sed, cum duo abeſſent, miſerat ille ad nos die 14 Novembr. ſaepedictum Cancellarium, qui nos audiret. Cui omnia juxta clementiſſimam Sae. Cae. Mjtis. Vae. inſtructionem in puncto petiti a Czaro conſilii et Chriſtiani auxilii contra Turcos propoſueramus, ipſamque propoſitionem ſcriptam petenti tradideramus, ac multoties pro reſponſo inſtiteramus, ſed ſemper incaſſum. Quare inſtare denuo pro eo in hac conferentia voluimus, unde illud nobis illico Cancellarius ex ſuperius enunciato ſcripto legit, et interpres in hunc tenorem expoſuit. Vrgeri Czarum a duobus gravibus hoſtibus,

Polono nimirum, et Crimenſi Tartaro, quibus plures validos exercitus pluribus in locis opponere neceſſe haberet. Vnde inconſultum ſibi videri tertium inſuper, et quidem his potentiorem, ultro laceſſere, cui poſtmodum cum aliis conjuncto par eſſe non poſſit. Si pax inter ipſum, et Polonos coaleſceret, oſtenſurum ſe tunc Sae. Cae. Mjti. Vae. inclinationem ſuam. Interim conſulere, ut Sa. Ca. Mjtas. Va. a viciniorībus ſibi Chriſtianis Regibus alma pace fruentibus auxilia compararet. Hic juxta Clementiſſimam Sae. Cae. Mjtis. Vae. mandatum Chriſtianam cordis ſui condolentiam ob diuturnum, et cruentem inter Polonos et Ruſſos cum tanto Chriſtianae reipublicae detrimento bellum prolixe exaggeravimus: ſtatumque inſuper Chriſtianorum Regum, et Germaniae eis graphice demonſtravimus, atque multis congeſtis argumentis, ut auxiliaria arma in communem hoſtem verterent, et Crimenſes per Kalmukos, Circaſſos, et Coſacos Dunenſes conjunctos valide in Cherſonneſo ſuo oppugnarent, ſuaſimus. Deinde petiimus, declararent nobis quid ſubſidii Sa. Ca. Mjtas. Va. poſt ſancitam cum Polono a Czaro pacem ſperare

ab hujus enunciata inclinatione poſſet, cum haud leve momentum Sae. Cae. Mjtis. Vae. deliberationibus notitia ſpecifica eorum in hoc declarationis eſſet allatura: ſed nihil determinati ab ore eorum elicere potuimus; Quare petiimus, ut reſponſum, quod nobis legerant, ſcripto traderent, quod negarunt, dicentes, binis propoſitionibus, quas freti credentialibus Sae. Cae. Mjtis. Vae. literis feceramus, jam tunc ſcripto ſe reſpondiſſe: huic autem a nobis extra principale negocium factae non deberi reſponſum in ſcriptis. Sed regeſſimus, quod nullum nobis tanquam privatis cum Czaro negocium intercederet: ſed quaecumque tractaremus nomine Sae. Cae. Mjtis. Vae. a nobis tractari, ideoque poſtremam hanc propoſitionem aeque, ac binas priores, factam a nobis ex mandato, et vigore literarum fidei Sae. Cae. Mjtis. Vae. et datam ipſis expetentibus ſcripto comprehenſam; aequum itaque eſſe, ut etiam in ſcriptis ejus reſponſum nobis traderetur. Et haec omnia etiam Czaro ſe relaturos dixerunt. Cumque 22 ejusdem Decbris. per Commiſſarium noſtrum Zelabousky inſtari pro eo, et ſupradictae Poloni Regis epiſtolae

copia, proque notitia Czarei circa perſonas noſtras decreti apud Cancellarium nomine noſtro curaſſemus; ille die 30 reſpondit, Czarum ejusdem mentis, quoad exſpectandum pauliſper ante noſtrum Moſchua diſceſſum tubicinis noſtri reditum, nobiſcum eſſe. Cum tempus abeundi advenerit, in audientia de reliquis illum nobis ſatisfacturum. Nos tamen replicavimus, quoad moram Moſchuae noſtram decreto ejus nos acquieſcere: reliqua autem prompta efflagitare, ut ea Sae. Cae. Mjti. Vae. ad notitiam apprime neceſſariam transmittere valeremus. Verumtamen ante haec omnia die 11 Novembris Tribunus peditum a Staade Rigenſis e captivitate Polonica ad Czarum, cui militabat, reverſus retulerat nobis, quod cum Stenone Bielko Suecico ad tunc proxime praeterita Polonorum Comitia Legato ad ſuos reduce Varſavia Gedanum usque profectus, rogatus ab eo fuerat, ut pro ſuo erga Dominum ſuum naturalem fideli obſequio explorare diligenter vellet, quid nos Moſchuae faceremus, ipſique perſcribere. Notum enim erat, fuiſſe nos a Sa. Ca. Mjte. Va. eo miſſos ad feriendum cum Czaro foedus in perniciem

Poloniae, inter utrumque dividendae. Cui tamen malo opportune obviam itum fuerat per aliud foedus offenſivum et defenſivum contra quoscunque inter ipſos, et Polonos ictum. Et haec omnia aſſeruit dictus tribunus, quod renunciaret nobis praevia Iliae Danilowitz permiſſione. Peractis gratiis oſtendimus ei pro reſponſo literas Sae. Cae. Mjtis. Vae. ad Sueciae Regem nobis traditas cum mandato offerendi mediationem ſuam etiam inter ipſum et Czarum, cui nos obediiſſe diximus ſed officio ſupervacaneo, cum jam ipſi inter ſe ſine mediatore pacem iniſſent.

Intelleximus deinde die 8 Januarii an. 1662 apparari in aula Czarea ſolemne convivium pro noſtra dimiſſione, ideoque conſultum duximus, eam, quoniam intempeſtivam judicabamus, quantum per nos fieri poſſet, antevertere; quare ſtatim per ſolitum Zelabousky Cancellario tradi curavimus hanc propoſitionem.

Quamvis deſiderium remeandi ad patrios lares, neceſſitudinesque noſtras reviſendi ad diſceſſum hinc nos exſtimulet, nullaque ſit anni tempeſtas ad iter per aquilonares regiones

faciendum hyeme nivofa commodior; bonum tamen publicum, ad quod procurandum miffi fuimus, privatae commoditati, et affectui, ut par eft, praeponentes, confultum ducimus monere, quod noftro judicio intempeftive nunc hinc dimittamur. Expediret magis rebus agendis, ut reditum Diaki Prokoffii, et curforis noftri huc opperiremur, etenim nobis certo perfuademus, quod nofter Clementiffimus Dominus cum Rege Polono agat pro mediatione fua etiam ab eo admittenda, et bonam foveat fpem eam admiffam iri, ideoque tam diu Diakum Viennae detineat, ut certitudinem ejus admiffae huc rediens ferat. Nimia profecto foret negocii perturbatio, nimiaque temporis jactura, fi illo huc cum certificatione adveniente, nos, qui ejus miniftri effe debemus, longius progreffi, revocari ab itinere vix poffemus. Confultius itaque effet, hic adhuc aliquantisper moram trahere, interimque refponfum ad ultimam noftram propofitionem quoad Turcos fcripto comprehenfum Viennam per curforem quantocyus transmittere eo fine, ut fi aliquid tractandum fit, tempus inutiliter non elabatur: fi nihil, fciat Caefar, quomodo res fuas pru-

denter dirigat. Petimus itaque ut hae confiderationes ventilentur, ad hoc ut omnia circumſpecto fiant, et abitus hinc noſter tanquam maturo conſilio factus omnibus probetur. Huic propoſitioni reſponſum oretenus fuit, approbatum a Czaro fuiſſe conſilium noſtrum. Sed animadvertere potuimus, quod non in toto, petitam enim copiam ut ſupra, et reſponſum in ſcriptis numquam dare voluerunt, facultatemque ſcribendi Sae. Cae. Mjti. Vae. facto negarunt. Poſt haec moniti fuimus a Generali Goſiewsky, qui nobiscum ſecreto per literas correſpondebat, quod interrogatus fuiſſet a ſupradictis Dolgorukoi et Czareae aulae Praefecto, num Czarus electoris Brandenburgici, aut Ducis Curlandiae mediatione uti poſſet? quodque reſpondiſſet, hoc nullatenus fieri poſſe cum excluſione Sae. Cae. Mjtis. Vae. ſed retinendam omnino ſemel admiſſam ſuam mediationem, data libertate alteri parti alios praeterea ad arbitrium ſuum adhibendi mediatores. Cumque illi replicaſſent, quomodo urgeri hoc negocium poſſet? reſpondiſſet, non defuturum modum, ſi conferre nobiſcum hac ſuper re ſibi liceret.

Quare visum fuit nobis dissimulata hac notitia petere facultatem cum eo colloquendi, quam impetravimus, praesentibus tamen ejus, et nostris Commissariis, substantiamque colloquii Czaro tradi curavimus in haec verba.

1662 die 8a Martii Moschuae.

Quaesitum fuit per Caesareos Legatos a Generali Gosiewsky 1° an norit, cur mediatio Caesarea ex parte Polonorum admissa non fuerit? 2° an existimet, posse fieri, ut admittatur? et quomodo?

Is autem respondit ad primum quaesitum, a se jam quadriennio captivo praesentem rerum statum in aula Polonica penitus ignorari, credere se tamen, causam non admissae Caesareae mediationis esse duplicem. 1a, quia persuadeant sibi Poloni, quod Russi per mediationes studeant tractatus pacis protelare, remque in suum commodum differre, revera autem animum eam sanciendi non habeant. 2a), quia nec ipsi admiserint Gallicam mediationem oblatam per literas Regis Galliae ab ejus Legato Antonio de Lombres Generali Nascio-kino mediante Curlandiae Duce transmissas, quibus neque ullum responsum datum fuerit:

eam autem Poloni admiſerint, ideoque recedere ab ea non poſſint.

Ad ſecundum autem quaeſitum reſpondit, non dubitare ſe, quin fieri poſſit, ut admittatur, ſi cauſae impeditivae de medio tollantur. Cumque primam non ſubſiſtere Ablegati Caeſarei demonſtraſſent aſſerendo, ex parte Ruſſorum agi bona fide, et ſincere deſiderari honeſtam pacem, ut effuſio innocentis Chriſtiani ſanguinis ſiſtatur, et ſubditi utriusque partis alma quiete fruantur, dixit Goſiensky, reſtare, ut Regis Galliae mediationem conjunctim cum Caeſarea acceptent. Ad promotionem autem negocii opportunum ſe judicare, ut Ablegati Caeſarei hinc moveant tanquam ad Dominum ſuum reverſuri, iterque ſuum recta per Lithuaniam et Poloniam inſtituant. In via autem Regem Poloniae conveniant, et exortas difficultates explanare conentur, nullus dubitans, quin felici ſucceſſu, dum et ipſe eodem tempore omnem operam ſuam operi impendere promittit. Vel ut ſaltem ad limites Lithuaniae accedant, acturi inde cum Commiſſariis Polonicis, ut Caeſarea mediatio acceptetur, et exſpectaturi finem negociationis ipſius Goſiewsky.

cum Rege. Interim tanquam amici, ſi non tanquam Legati, negocium pacis, armiſtitium, et commutationem captivorum promoturi. Hoc ultimum proficiſcendi, ſcilicet, ad Lithuaniae limites, Ablegatis Caeſareis magis arridet, quia ſibi perſuadent, quod ibi pro bono publico aliquid ex ſupradictis praeſtare poterunt, et non dubitant, quin ſolus Goſiewsky omnia poſſit ſine ipſis Varſaviae cum Rege ad votum negociari. Neceſſarium tamen erit, ut cum illo hominem ſuum Ruſſi ad Regem Poloniae mittant inſtructum mandatis, et facultate neceſſaria juxta diſpoſitionem animi ſui erga praedicta.

Narrarunt inſuper Ablegati Caeſarei Generali Goſiewky, quod Diakus Jeſſimus Procofſius, qui conjunctus cum tubicine ſuo hinc ad Caeſarem praeterita aeſtate miſſus fuit, Varſaviae cum omnibus ſuis fuerit detentus, eique literae ablatae, et rogarunt ut, poſtquam ille comprehenſus fuit in literis paſſus, quas ſuo tubicini dederunt, ipſeque illis confiſus in Poloniam ingreſſus et ſub illis a Praefecto praeſidiariorum Zkloviae admiſſus, ulteriusque promotus fuit, velit cum rege Polo-

niae agere, ut ſuae libertati cum omnibus ſuis reſtituatur, ita ut ad libitum ſuum vel Viennam proficiſci, vel huc redire queat. In quo procurando praedictus Goſiewsky omnem operam ſuam promiſit.

Hoc ultimum petiimus ad inſtantiam Czari, qui ſub die 23 antecedentis Februarii nos per Commiſſarios noſtros de ſupradictis certiores fecerat. Poſt hoc colloquium decrevit Czarus, ut Goſiewſky ad Regem ſuum recta tenderet, eique adjungeretur Generalis Naſciokinus. Quare novum cum illo colloquium nobis petentibus permiſit, cujus pariter ſubſtantiam ei tradi in haec verba fecimus.

1662 die 14 Martii Moſchuae.

Deſiderarunt Ablegati Caeſarei cum Goſiewſky ante ejus abitum denuo conferre, et agunt gratias, quod illis conceſſum fuerit. Multa ad pacis promotionem utrinque dicta fuerunt, quorum ſubſtantia haec fuit.

1°) Ad inſtantiam praedictorum Ablegatorum promiſit Goſiewſky ſe operam daturum, ut deſtinati ad pacem tractandam Legati Polonici ipſos Ablegatos Caeſareos in praeliminaribus, ſi non tanquam tales, ſaltem tan-

quam amicos admittant. 2°) Adnisurum se omni opera, ut mediatio Caesarea etiam a parte Polonorum admittatur. 3°) ex urbe Zklovia, si ibi Legati Poloni aderunt, sive ex itinere, ubicunque eos convenire poterit, sive ex aula Regia literis suis ipsos Ablegatos Caesareos de impetratis certiores se facturum. 4°) desiderasset tamen aliquam notitiam mandatorum, quae Legato Nasciokino dantur, ut juxta eorum tenorem res in Aula Polonica dirigere possit.

Cum itaque Ablegati Caesarei considerent, jam Polonicos ad pacem tractandam Commissarios hinc fuisse praemonitos, quod Commissarii Russi Smolenscum versus iter instituerint, ideoque non dubitent, quin illi statim Zkloviam denuo se conferre debeant, et de pace tractare incipiant. Cumque in praeliminaribus semper oboriri soleant difficultates maximae, ad quas explanandas amicorum interpositio sit necessaria. Ideo judicant, quod prudenter Smolenscum ex nunc mitti debeant. Illic enim subsistentes necessitati semper praesto esse poterunt; sed si Moschuae esse perseverent, nulli usui. Et si Gosiewsky

cum Polonicis Commiſſariis effecerit, ut eos tanquam amicos ad interpoſitionem difficultatum explanandarum admittant, vix poterunt deinde illi eos tanquam Legatos recuſare, et ſic pacis tractatibus ultima imponetur manus.

Conſiderant itidem Ablegati Caeſarei convenire, ut locus, in quo tractatus pacis inſtituentur, ab omni bellico impetu ex utriusque partis bene placito liber ſit. Et quod tempus tractatuum per temporaneum armiſtitium aliquod quietum partibus concedatur, multa enim belli continuatio inducit, quae alterutri parti anſam recedendi a prius conceſſis porrigat, ideoque tractatus nulla unquam conſtantia fulciri poſſint. Ad haec autem procuranda neceſſariam eſſe judicant ſuam in limitibus praeſentiam, ut tanquam amici haec ex ſe proponere, et tractare queant. Vt tamen omnia ſalva ſint, poterunt hinc dimitti tanquam ad Clementiſſimum Dominum ſuum reverſuri, et Smolenſci haerere, quaſi eorum alter non bene valeat, ideoque iter proſequi non poſſint.

Suggerunt inſuper, quod animadvertentes in Goſiewſky optimam ad pacem promoven-

dam propenſionem, conſultum judicarent, a Naſciokino huic tenorem Legationis ſuae, quantum ad mediationem attinet, communicari, ut is omnia melius praediſponere poſſit. Et rogant, mandari limitaneis Praefectis, ut quotiescunque literae ex Polonia advenient, ipſis eas fideliter transmittant, offerentes ſe paratos eas legendas dare.

Haec eſt eorum ſententia, quam bono publico, ad quod promovendum miſſi ſunt, expedire judicant, ſubmittentes ſe tamen cuicunque prudentiori decreto, cui obſequi paratos ſe eſſe proteſtantur, cum a Clementiſſimo Domino ſuo juſſi fuerint, ſe in omnibus, quae ad pacem obtinendam ipſis injungentur, morigeros praebere, quam ut promovere felici exitu poſſint, Dominus Deus pro bonitate ſua concedat: feliciſſimos enim ſe inter omnes mortales exiſtimarent, ſi tam largum effuſi hucusque Chriſtiani ſanguinis profluvium ſiſtere ipſis deſuper daretur. Poſt traditam hanc ſcripturam die 15 Martii vocati ad conferentiam fuimus, concluſumque, ut Smolenſcum verſus moveremus, exſpectaturi ibi

exitum negotiationis tam Gofiewfky, quam Nafciokini.

Deputati in hac conferentia dixerunt nobis nomine fui Czari, a Praefecto Duneburgi fcriptum fuiffe, quod ipfe in Novembri tunc praeterito literas Sae. Cae. Mjtis. Vae. ad nos directas a Curlandiae Duce accepiffet, easque ob Lithuanorum excurfiones apud fe ad Decembrem usque detinuiffet. Tunc autem eas per vias haud ufitatas mififfet, et quod nihilominus tabellio a Lithuanis captus fuiffet, eidemque literae ablatae. Putamus has fuiffe Clementiffimas Sae. Cae. Mjtis. Vae. literas die 27 Augufti an. 1661 ad nos datas, et a Mofcovitis fuiffe violatas. Quarum quidem duplicatum die 18 Martii an. 1662 cum originali die 21 Octobris 1661 exarato accepimus; fed diffimulare voluimus, ne titulum Majeftatis Czaro dare cum Sae. Cae. Mjtis. Vae. beneplacito videremur.

Vt autem omnibus in iis praefcriptis benignifimis mandatis fuis, quantum per nos liceret, humillime obediremus, Deputatos ad nobifcum confe, dum Czareos miniftros in haec verba fcripto interpellavimus.

1662 die 19 Martii Moſchuae

Ablegati Caeſarei acceperunt literas a Clementiſſimo Domino ſuo ſub die 21 praeteriti Octobris datas, per quas certiores facti ſunt, quod cum eorum tubicen Varſaviam veniſſet, jam Rex Poloniae aliquam conceperat indignationem contra Legatum Caeſareum de Liſola ob habitas de eo a malevolis falſas informationes, quaſi aliquid in praeteritis Comitiis in praejudicium ipſius Regis cum Regni Ordinibus tractaſſet, unde aditum ad aulam ei prohibuerat, et tubicinem ſub areſto detinuerat, quem tamen poſtea dimiſerat, ſed mediationem Caeſaream admittere nondum decreverat, tranſitum autem Diako Jeſſimo Procoſſio nullo modo concedere voluerat. Deinde vero, cum crimen de quo inſimulabatur Liſola innocens diluiſſet, amicaque officia inter Imperatorem, et Regem ſe interpoſuiſſent, ab hoc pacatiorem tandem animum oſtenſum fuiſſe, adeo ut, a zelo Caeſareo pacificandi inter ſe Chriſtianos Principes continuis officiis ad pacem cum Moſcovia inceſſanter interpellatus, Commiſſarios ſuos ad eam ſine mediatore tractandam deſtinaverit. In-

terea tamen temporis tractatum de admittenda etiam Caesarea mediatione eousque fuisse promotum, ut ex parte Poloniae declaratum fuerit, quod, si pax sine mediatoribus componi non poterit, nullam aliam mediationem, praeter Caesaream, admittet. Quare Aug. Imperator mandat ipsis Ablegatis hic suis, ut, sive pax sine mediatore, sive per mediatorem tractari debeat, utroque casu de Mayern ad locum tractatuum se conferat, ibique usque ad eorum exitum perseveret; Calvuccius vero hic Moschuae remaneat secundum jam stabilitum in conferentiis cum Deputatis, ut esse semper hic ad manus, et tam a Caesare quam a Legatis de Mayern et de Lisola circa pacem scripta proferre queat.

Informantur etiam, quod ad mandatum Aug. Imperatoris Legatus de Lysola institerit apud Regem pro liberatione supradicti Diaki, a quo responsum fuerit, jam fuisse dimissum: unde putant quod nunc contra ordinem regium detineatur. Sed adveniente Varsaviam Gosiewsky non dubitant, eum dimissum iri. Interim rogant, ut profectio ipsius de Mayern Smolenscum versus nulla interjecta mora

promoveatur. Ad haec nihil nobis responsum verbotenus fuit, sed bene de facto, profectionem enim nostram in conferentia stabilitam dilatam experti sumus, quamvis jam quatriduo ante adventum literarum Sae. Cae. Mjtis. Vae. Gosiewsky dimissus Moschua fuisset.

Die 10 Aprilis, quae fuit secunda Paschatis alter ex Commissariis nostris visitans nos, urgenti de Mayern profectionem suam Smolenscum versus respondit: Malam esse Smolenscі mansionem. Cur se a Collega suo dividere vellet? Dulce esse omnibus, qui nihil negocii habent, ad suos redire. Promissionem a Czaro factam admittendi Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem in fumum abiisse, cum eorum Diakus cum Czareis literis, quae eam admittebant, ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. pervenire prohibitus fuisset. A Rege Polono eam recusari. Nihil itaque circa hanc nobis ad agendum restare. Redire autem domum per Poloniam inconsultum, cum hoc pacto renovandae injuriae a Rege Sae. Cae. Mjti. Vae. nobisque absentibus factae praesentiam ultro portaremus. Et tandem in querelas contra Allegretum prorupit dolens, quod ille

in munere mediatoris fungendo contrarium ſe in omnibus Ruſſis oſtenderit. Nos omnibus ſupranarratis adaequate reſpondimus, et inſuper, ut, quantum per nos fieri poſſet, ex verbis ſuprarelatis periculo obviam iremus, biduo poſt ſcripturam Czaro tradi hujus tenoris curavimus.

1662 die 12 Aprilis Moſchuae.

Per ſcripturam ſub die 19 nunc praeteriti Martii altero ex Priſtavis Gregorio Diako traditam Ablegati Caeſarei ex benigniſſimo mandato Clementiſſimi Domini ſui expoſuerunt declarationem ex parte Poloniae factam, quod ſi pax absque mediatoris interventu componi non poterit, nullam aliam praeter Caeſaream mediationem ſit admiſſura: et ſimul notitiam dederunt recentis mandati confirmantis antiquum, quod denuo ab eodem habuerunt, ut ſcilicet, ſive pax ſine mediatore, ſive per mediatorem tractari debeat, utroque caſu ſolus de Mayern ad locum tractatuum ſe conferat, ibique usque ad eorum exitum perſeveret; Calvuccius vero hic Moſchuae juxta jam ſtabilita in conferentiis cum Deputatis remaneat, et inſtiterunt, ut profectio ipſius de

Mayern Smolenſcum verſus nulla interjecta mora promoveretur. Quod factum non fuiſſe imputantes ſacris, qui ſupervenerunt, diebus, cum modo hi jam praeterierint, denuo inſtant, ut fiat; inciderent enim in crimen apud Clementiſſimum Dominum ſuum inexpiabile, ſi repetito ejus benigniſſimo mandato ad amuſſim non obedirent. Praeſertim cum certior ille ab eis factus fuerit per literas die 12 praeteriti Junii hinc per tubicinem miſſas, eique Viennae die 16 Auguſti rite traditas, quod in tertia cum Deputatis conferentia ipſi declaraverint, mentem ejus eſſe, ut ſolus de Mayern ad locum tractatuum ſe conferat, Calvuccius autem Moſchuae remaneat, quodque hoc ab ipſis Deputatis admiſſum fuerit. Unde nullo modo nunc idem Clementiſſimus Dominus ſuus paſſurus ſit, ſe induci ad credendum, quod haec Ablegatorum ſuorum prudentiſſima diviſio, per quam commodius et decentius pax tractari poteſt, dum eorum alter in loco tractatuum hos promovere, alter vero exortas (prout uſu venit) in eorum proſecutione difficultates aequali modo, et decore, ac tertius Caeſareus Legatus Varſaviae

residens facturus apud Regem Poloniae est, hic Moschuae explanare debebit, a parte Russorum, pro quorum commodo et honore fit, contra factam ab eis prius admissionem nunc rejecta fuerit, et quidem sine ulla spe alicujus fructus, dum Ablegatorum alter Calvuccius, quamvis invitus eo mittatur, nihilominus tamen in loco tractatuum omnino ociosus desidere tenebitur, ne contraveniat benignissimo mandato Clementissimi Domini sui jubentis, ut solus de Mayern mediationis munere fungatur. Sperant itaque Ablegati Caesarei, quod, habita hic consideratione exactissimae obedientiae, quam omnes Reges et Monarchae a Legatis suis exigunt, quamque severe inobedientes punire soleant, permittetur eis in re, quae tota solum Russiae decus, et bonum publicum respicit, juxta praescriptum Clementissimi Domini sui de se ipsis disponere, ne vice gratiae, quam apud illum et universam Christianam Rempublicam, praesertim autem apud partes belligerantes, per tot gravissimos difficillimae hujus suae commissionis labores, et continua longissimae domi usque nunc inclusionis taedia, indeque

bonae valetudinis incommoda promereri juſte ſperaverant, in poenam aliquam, et quacunque poena graviorem Clementiſſimi Domini ſui indignationem incurrant. Et hac ſpe et certa fiducia freti inſtant iterum, ut remanente hic Calvuccio, de Mayern, cujus diuturnior Moſchuae mora nulli uſui eſſe poteſt, Smolenſcum quantocyus mittatur, cum credendum omnino ſit, quod Polonici Commiſſarii ex Comitiis reduces ad confinia denuo jam ſe conferant, ideoque brevi tractatus incipiant. Et petunt, ut ſuper hac ſcriptura ſcriptum pariter ſibi, ut aequum eſt, detur reſponſum.

Hoc tamen numquam, niſi per contrarium factum, ut inferius dicemus, nobis datum fuit. Prius autem dicendum eſt, quod die 28 Februarii Legati Suecici, quorum primarius, Benedictus Hornius, Moſchuam advenerant, cum numeroſo ad 250 eoque ornatiſſima comitatu, et famulitio. Excepti fuerant pulchra magnificentia, ſed in multis longe inferiori ab ea, qua nos. Nulla etenim in campis diſpoſita pedeſtris acies, aulicique

tantum inferiores officiales eis obviam exiverant.

Die 6a Martii ad primam ducti audientiam fuerunt tubis eorum usque ad ipſos Palatii Czarei gradus clangentibus, Legationis tamen Mareſciallus argenteum officii ſui baculum ſecum in Aulam audientiae inferre, fruſtra obluctante Hornio, prohibitus fuit. Munera attulerunt Czaro 39 omnia ex inaurato argento, eumque loquendo titulo Czareae Majeſtatis appellarunt. Ingreſſi ſunt ad ejus Audientiam tecto capite, quod octo paſſibus tantum ab eo diſtantes aperuerunt. Dumque peroratione et manus deoſculatione ab eis expleta juxta morem ſederent, omnes denuo illud operuerunt, quod etiam poſt exhibitam Czaro reverentiam exeuntes in ipſa Audientiae Aula, ab eo optime viſi, fecerunt.

Petiimus a Czaro in ſcriptis facultatem mittendi prius, et eundi poſtea ad eos; ſed primi actus nobis tantum conceſſa fuit, quem explevimus mittendo ad eos, qui nobiscum humaniter correſponderunt miſſione pari.

Die 16a Pax a Czaro jurata fuit, cujus notitiam nobis per Nobilem Aulicum ſuum

Legati dederunt, invitantes insuper nos, si redeundo ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. per Livoniam transire nobis contingeret.

Obtulerant autem prius sui Regis mediationem, quae, ut relatum nobis, admissa non fuerat. Imo declaratum ex parte Czari, quod a se admissa Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediatio sibi esset suffectura. At cum die 2a Aprilis cursor Stokholmio Moschuam advenisset, tractari denuo inter eos, et Czareos Ministros per clandestina colloquia coeptum fuit, et quod binos controversos articulos omnia juxta mentem Suecorum tandem declarata fuerunt. Quoad mediationem autem haec rescivimus.

Solitus fuerat Legatus Hornius ad nos civilis officii ergo frequenter missitare Italum quemdam Vicetribunum confidentem suum, qui ex Nobili Mediolanensium Fagnanorum familia ortum et Equitem Melitensem dicit, quique a Catholica Religione ducta uxore apostatavit. Die itaque suprafacta 12a Aprilis centurio quidam Tridentinus Czaro militans Sacellanum nostrum sibi ignotum, ignotus et ipse ultro adiit, dixitque illi, ut nos mone-

ret, ne Fagnano apoſtatae ſideremus. Eſſe illum confidentem Hornii, et tractare cum Ruſſis, ut is in mediatorem admittatur nobis excluſis. Se autem Catholicum eſſe et in Imperio Romano natum, ideoque non poſſe iſta de Lutherano Suecis addicto Caeſareis Catholicis Legatis non revelare.

Die 15a acceſſit ad nos Fagnanus, qui poſt expoſita nomine ſui principalis exponenda ultro, quaſi amore nationis in nos ferri ſe fineret, in ſumma confidentia nobis aperuit, Benedictum Hornium die 13 exiviſſe extra urbem Moſchuam ductum a Czarea rheda ſub praetextu recreandi animum, revera autem ex compacto conveniendi Czarum, qui ad praedium aliquod ruſticum ſe contulerat. Sed quod huic jam propinquus ex novo Czari mandato juſſus fuerat ad Ducis Dolgorukoi aedes ſe convertere, in quibus cum hoc et ſaepefacto Czareae Aulae Praefecto negocium mediationis ad votum compoſuerat, ut, nempe Rex Sueciae, excluſa Sa. Ca. Mjte. Va. mediator eſſe deberet, ipſeque Hornius mediationis miniſter. Quodque prima face Czarum in Palatio ſuo a ſolis duobus confidentibus comi-

tatus adire ad negocium ſtipulata manu profi-
ciendum debebat. Et de facto illum adiit, at quid cum eo tractaverit, ignoramus. Nos actis Fagnano gratiis pro notitia diximus, Sam. Cam. Mjtem. Vam. numquam hujus intentionis fuiſſe, ut prohibere vellet Czaro plures ad libitum mediatores coaſſumere; ſed numquam credidiſſe, fore, ut poſt annum fere ſuae admiſſionis alius ad eam excludendam ſubreperet. Quoad Czarum autem, quod non poſſet honeſte revocare promiſſionem ſuam voce et ſcriptis Sae. Cae. Mjti. Vae. et Regibus, Polono et Gallo, toties repetitam. Imo quod neque ex parte Poloniae alius jam mediator admitti poſſet, cum Sa. Ca. Mjtas. Va. nobis ſcripſiſſet, declarationem ab ea factam fuiſſe, quod ſi pax ſine mediatore componi non poſſet, nullam aliam, praeter ſuam, mediationem eſſet admiſſura.

Is nihilominus die 20a ad nos rediens officio commiſſionis ſuae nomine Legatorum nos pro licentia ſalutantium functus, ex ſe ſub ſolita confidentia confirmavit, omnia quoad mediationem eſſe perfecta, nosque brevi Moſchua per Livoniam domum remitten-

dos. Dum abire Hornius vellet, praeter dona prius ſimul cum aliis Legatis, dum dimittendi erant, miſſa, Czarus inſuper illi addidit quatuor quadragenas pellium Zebellinarum pretioſiſſimarum, bina Perſica tentoria, binos equos, et bina aureorum millia.

Ultronea autem ſupranarrata notitia tam a centurione quam a Fagnano profecta ſuſpecta nobis acciderat. Capere enim non poteramus, cur ille huic, cur hic Hornio, a cujus protectione ſtatus, et promotio ſua dependerent, infidi eſſe gratis vellent, cum a nobis nihil peterent, nihil ſperarent. Attamen cum multa alia concurrerent argumenta ad veritatem facti confirmandam concluſimus tunc, ſtudio hoc ex mandato Hornii factum, ut praehabita hac notitia animum indignatum ad ſubitum ex Ruſſia diſceſſum pararemus, et ſponte abeuntes vacuum locum ipſi ſubintrando relinqueremus cum excluſione juſtae cauſae expoſtulandi, ſive contra ſuum, ſive contra Poloniae Regem, ſive contra Czarum, ſi ſtationem a nobis derelictam ipſe partium permiſſione occupaſſet. Decrevimus itaque hanc notitiam tantiſper cum Ruſſis diſſimulare et profectio-

nem de Mayern Smolenſcum verſus fervide urgere, locuturi poſtmodum ſecundum eorum reſponſum.

Sed hic recedere parumper nobis liceat, ut referamus quod die 27a Martii anniverſariam Sti. Alexii Czarus celebrans, nobis in noſtro et Suecicis Legatis in eorum hoſpitio epulum more conſueto praebuit. Quod etiam die 2a Aprilis, quae fuit Dominica Palmarum, poſt ceremonias quibus tam nos quam Sueci, excepto eorum Primario Hornio tunc aegrotante, decenter interfuimus, repeti voluit. Locus in quo ſtabamus, fuit Czaro proximior, isque uno eodemque tempore duos ex ſuis miſit, quorum alter nos de bona valetudine, Suecos vero alter ſuo nomine interrogaret. Sed hac differentia, quod ad nos miſſus fuit Cancellarius ſtatus Lapoukin, ad illos autem (forſan quia aberat Hornius) ſimplex ex plurimis, quos Ruſſi habent, Diakus.

Die 20 ejusdem cum veniſſet ad nos ſaepefactus Zelabousky numquam amplius a die 9. praeteriti Januarii, qua ad Zeronſcium a Czaro ablegatus Moſchua diſceſſerat, nobis viſus, per multa, more ſuo, verborum invo-

lucra hoc nobis in ſubſtantia dixit. Saepe nominatum Jeffimum Diakum, a Rege Polono, dum ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. mitteretur, captivum factum, detineri tunc Ticotignae intra Varſaviam et Vilnam. Et addidit in modum optantis: ſaltem Rex literas Czari ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. Viennam transmiſiſſet! Nos conſiderantes, quod hoc tenderet ad ſubterfugiendum ſtolidiſſimo argumento ſtipulationem admiſſae mediationis, reſpondimus in continenti, non dubitare nos, quin eas transmiſerit, cum ſciremus, quod literas noſtras, quae idem ac Czari literae, continebant, libere per curſorem noſtrum ferri permiſiſſet. Inde dixit, quod Galli vellent omnino ſucceſſorem in Poloniae Regno ex gente ſua deſignari, ideoque vim armatam pararent. Qua eis transeundum, ut in Poloniam venirent? Quod Czarus eſſet in hoc ejusdem cum Sa. Ca. Mjte. Va. mentis, ut nullus Gallorum in Polonia regnet. Quomodo occurri huic malo poſſet? Si Sa. Ca. Mjtas. Va. vellet *ipſa*, vel Serenmum. Fratrem ſuum in Regem Poloniae eligi, quod Czarus omnem in coadjuvandam intentionem ſuam opem eſſet collaturus, ſub

fiducia, quod idem praeſtatura eſſet Sa. Ca. Mjtas. Va. erga eum, ſi Deus diſponeret, ut eligeretur, et non permiſſura nos Allegreti veſtigiis inſiſtere, qui Czaro in hoc, et reliquis omnibus ſe oppoſuit.

Reſpondimus, non eſſe credendum, quod Galli electionem alicujus ex gente ſua in libero Poloniae Regno armata manu promovere vellent, cum probe norint, quantis nervis ſuffultus eſſe debeat ille, qui liberam gentem longe a ſe diſſitam in ſervitutem redigere invitam velit. Aditum autem in Poloniam patere eis per mare Balticum. At non eſſe dubitandum, ut invitis Polonis hoc aggrederentur. Quodſi hi vellent, effectus impediri nequiret. A Sa. Ca. Mjte. Va. Regnum illud, neque pro ſe, neque pro Serenmo. Fratre ſuo affectari. Pro ſe non, quia incompatibilia ſunt ſolium Imperiale et Regium Poloniae. Sed neque pro Serenmo. Fratre, quia videretur ille ad altiora vocari. Si Czarus eligi deſideraret, putare nos, quod Sa. Ca. Mjtas. Va. non eſſet obſtatura. Et ad corroborandum hanc aſſertionem rationes illas, quas Sa. Ca. Mjtas. Va. in informatione latina nobis ante noſtrum Vienna

difceffum tradita dicendas Clementiffime perfcripferat, quasque in fecunda conferentia Deputatis eandem quaeftionem moventibus adduxeramus, repetimus. Inftanti autem de Mayern, ut fuo nomine apud Czarum profectionem fuam Smolenscum verfus promoveret, refpondit, quod cum jam Czarus certus effet, quod Poloniae Rex Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem admittere nullo modo vellet, contra legem boni fratris in Sam. Cam. Mjtem. Vam. peccaret, fi nos novae recufationis injuriae exponeret. Convenientius fore, ut per Livoniam ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. rediremus, cum ipfius literis, quibus optime confultum reditum noftrum Sae. Cae. Mjti. Vae. probandum evidentiffimis rationibus perfuafurus effet. Cui de Mayern regeffit, agere fe gratias Czaro maximas pro attentione qua in procuranda Sae. Cae. Mjtis. Vae. exiftimatione invigilaret, fed renovationem injuriae non effe timendam, cum Polonia jam promififfet, quod in cafu neceffariae mediationis nullam aliam quam Sae. Cae. Mjtis. Vae. effet admiffura. Imo evidens fieri, quod Czarus, dum per hunc modum vitare crederet, ne alter Sam. Cam.

Mjtem. Vam. in nobis injuria afficeret, ipſe injuriam faceret, dum nos haud conſentientes contra mandatum Clementiſſimi Domini noſtri, et contra obligationem toties iterato a ſe admiſſae mediationis domum remittere, quaſi et ab ipſo recuſatos, omnino vellet. Proteſtaretur itaque ipſe de Mayern, quod reluctari contra efficaciter pro imperio in ditionibus ſuis ſic volentem Czarum neque poſſet, neque vellet, nullo tamen modo in hoc liberum conſenſum ſuum praeberet: imo enixiſſime rogaret, ut Clementiſſimi Domini ſui mandatis obedire ſibi permitteretur. Quae omnia Czaro ſe fideliter relaturum obtulit.

Audiens autem tunc, Auguſtino de Mayern cum Abbate Marchetto, ſecretario ſtatus Magni Ducis Hetruriae, ad quem propediem ablegandus erat, amicitiam intercedere, rogavit, ut commendatitias ad illum ſcribere vellet, quas poſtera die accepturus ad eum rediit, et quaeſtiones fere omnes antecedentis diei cum eo refricavit et idem retulit reſponſum. Abeuntem rogavit de Mayern, ut ſuo nomine Czaro exponeret, ſe pro tot laboribus eousque in hac commiſſione exantlatis, et ul-

terius exantlandis hoc unicum pro mercede a Czaro petere, ut liceret ſibi, relicto Moſchuae Collega, Sae. Cae. Mjtis. Vae. mandato Clementiſſimo obtemperare proficiſcendo Smolenscum, reditumque ibi curſoris a ſe ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. mittendi praeſtolando.

Die 24 ducti fuimus ad conferendum cum ſolitis Deputatis, abſente tamen tertio Bogdano Mattheowitz Hitrow, qui ſero tandem venit. Cancellarius Lapoukin legit nobis juxta ſolitum ex charta Czareum noſtrae expeditionis decretum, quod tale fuit.

Proficiſceremur ſecundum poſtremae conferentiae concluſum Smolenſciam: ſi Poloni nos in mediatores admitterent, noſtro munere fungeremur: Si vero in repudiatione perſtarent, ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. per Lithuaniam et Poloniam rediremus. Cumque Czarus nullam videret cauſam, cur Calvuccius Moſchuae remanere deberet, (NB.) mandare, ut ambo conjuncti iremus. Daturum illum nobis in audientia literas ſuas ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. quae reſponſum ſuum quoad omnia a nobis propoſita continerent. Et quia Sam. Cam. Mjtem. Vam. tanquam Fratrem ſuum

Dilectiſſimum prae aliis omnibus vellet honorare, vice convivii, cui adhiberi Caeſarei Legati, dum expedirentur, ſoliti hucusque fuerant, exhibiturum nobis honorem nunquam alicui factum, ut nempe tunc nos ad familiarem converſationem in ipſis habitationis ſuae conclavibus admitteret. Reſpondimus, quod profectionem amborum cognoſcere nos neceſſitatem quam imponeret nobis obediendi declaratum contra tot noſtras obſervationes Czari mandatum, cui morem gerere voluntate coacta parati eſſemus. Sed rogaremus, ut Smolensciae Sae. Cae. Mjtis. Vae. Clementiſſimo mandato nobis obſequi liceret exſpectando, ſi non admitteremur ſtatim a Polonis, exitum tractatuum ſine mediatore, qui ſi nullam pacem darent, locum facerent juxta Polonica promiſſa noſtrae mediationi. Quoad honorem vero inſolitum, quo nos afficere Czarus decreverat, eo nos cum maximis gratiis libenter uſuros, ſed petere, ut quo magis extraordinarius iſte nobis factus honor Sae. Cae. Mjti. Vae. commendaretur, nihil ex ordinario convivii detraheretur.

Cumque ministri conferentes per multa utrinque adducta ad nihilum persuasos se darent, tandem proposuimus, ut saltem concederent nobis facultatem mittendi statim, ac Smolensciam pervenissemus, ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. cursorem, qui de his omnibus eam certiorem redderet, nobisque ibidem expectaturis Clementissimum suum desuper mandatum adferret. Quoad convivium autem nos illud a dare nolente extorquere minime posse, attamen omnia Sae. Cae. Mjti. Vae. relaturos.

His auditis ivit Dolgorukoi ad Czarum, et post aliquod temporis intervallum reversus dixit, ut juxta petita cursorem Smolenscia mitteremus, ibique ejus reditum opperiremur; modo exemplum numquam amplius reversi tubicinis haud imitaretur; nam post elapsum conveniens tempus, si reversus non fuisset, abeundum omnino nobis esset. In reliquis perstitisse Czarum in decretis. Et hic orsus est magnificare favorem quem nobis facturus erat, per quem ostendere vellet, quanta confidentia nobiscum ageret, aliaque id genus plura addidit.

Nos itaque occasione arrepta diximus, velle et nos ei correspondere confidenter aperiendo, quod audivissemus, ab eo Suecos in mediatores admissos. Nos tamen hoc non credidisse, cum minime dubitaremus, quin optime considerasset primo, quod illi Sueci, cum quibus tunc sub adimpleta conditione praeviae omnium locorum ademptorum, et quorumcunque indifferenter captivorum restitutionis pacem sanciverat, non essent apti futuri ad persuadendum Polonis, ut pharmacum biberent, quod ipsi bibere abnuissent, concedendo scilicet, ut aliquid ex occupatis Czarus retineret. Et secundo, quod Sueci et Galli essent ad instar illius candelae (ardebant super mensa, quam ambiebamus, ad nocturnas tenebras discutiendas binae ex binis intortis cereis candelis faculae earumque alteram, hoc dicendo, eis intento digito ostendimus) per arctam confoederationem adeo simul impliciti, ut iisdem passionibus aeque simul afficerentur. Respondit Dolgorukoi, si Czarus Suecum in mediatorem admisisset, quare vos hoc celasset? multisque adductis longa asseveratione affirmavit, non esse verum.

Alias quidem mediationes ex parte Poloniae illi oblatas, ſed conſtanter ab eo repudiatas fuiſſe.

Aſcendimus deinde in ſuperiorem Palatii contignationem ad Czarum per ſcalas et ambulacra ab utrinque ſtantium nitide armatorum ſpiſſà ſerie cuſtodita, et continuo periſtromate undiquaque tam diligenter operta, ut nec pavimenti, nec parietum, nec fornicis, aut laquearii pars minima nuda conſpiceretur. Ipſe in ſecundo habitationis ſuae ſatis ſpatioſae fornicato conclavi a quamplurimis accenſis cereis illuminato ſuperbiſſimae curuli ſellae in angulo apud feneſtram de more collocatae gentili tectus pileolo margaritis, et gemmis rigente et eburneo ſcipioni pretioſiſſimae magnitudinis adamantibus ornato dexteram innixus inſidebat, ſedentibus ab ejus ſiniſtro latere ſuper ſcamnis ex proceribus non paucis. Poſtquam eum reveriti eſſemus, et nos ſuper ſcamno e conſpectu ſuo parieti adhaerente ſedere juſſiſſet, deque ſalute noſtra, a ſtante apud nos Cancellario Lapoukino interrogari curaſſet, e ſede exſurgens ſuper ſcabello eidem affixô, et a ſolo gradus

ad instar elevato stans, depositis pileolo et baculo propinavit de Mayern ex maxima Chrystallina patera pro salute Sae. Cae. Mjtis. Vae. sui amantissimi Fratris, addito voto in haec verba, ut Deus concedat quod nos Magni Domini de inimicis nostris triumphare possimus, quam terno haustu fere exsiccauit. Tunc resumpto pileo resedit, ipsique de Mayern maximum inaurati argenti scyphum mero plenum manu sua porrexit, idemque mox erga Calvuccium fecit, imo et erga tres ex nostris familiaribus, quos venia data nobiscum introduxeramus. His exhaustis quinque insuper unum post aliud pocula diversorum liquorum, ipse tamen non amplius bibens, nobis haurienda eodem ordine et modo dedit. Quae omnia ordinatim pro ejus incolumitate, filii primogeniti, alterius, totius familiae suae, et pro felici bonae pacis successu successive ebibimus. Hoc postremum ille audiens dixit, hoc esset magnum opus. His expletis abivimus cum hac observatione, quod illi, qui scyphos nobis a Czaro tradendos in conclave inferebant, tecto semper capite intrarent, et adstarent, etiam dum illos ei

porrigerent, quamvis omnes Magnates prout nos, detecti ſederent. Dum interius ſederemus, exterius in primo conclavi quamplurimi ex principalioribus Ducibus, et Czari a cubiculis familiares noſtros ad amicam compotationem provocatos veterani tyrunculos fere obruerant.

Die ſtatim conſecuta ad publicam audientiam in eundem locum et cum iisdem formis in ſecunda nobiscum uſitatis introducti coram Czaro fuimus. Ibi legit Cancellarius apud nos ſtans expeditionem noſtram dicens: vidiſſe Czarum ex literis Sac. Cae. Mjtis. Vae. per nos ei traditis, et ex relatione Deputatorum ſuorum, qui nobiscum contulerant, quae propoſueramus, et ad omnia reſponſum ſuum in ſcriptis tunc ſe traditurum. Interim pergeremus ad patrimonialem ſuum Ducatum Smolenſcenſem, ubi, ſi a Polonis in mediatores pacis admitteremur, munere nobis injuncto fungeremur: ſin minus, ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. reverteremur. Cumque nos ei dixiſſemus, hoc non eſſe conforme decreto conferentiae, per quod curſorem Smolenſcia expedire et ejus reditum exſpectare nobis

fuerat conceſſum, reſpondit: Czarum in hoc decreto perſeverare, ſed non eſſe moris, ut reſolutiones ſecretae in publicis audientiis palam revelentur. Exſurrexit deinde e ſolio Czarus, coronaque ſuper capite per laevam manum ſuam ſtabiliter confirmata (ſimilis actus forſan adeo illuſit oculis Allegreti, ut crederet, hanc ab eo fuiſſe depoſitam) injunxit nobis, ut venientes ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. eam nomine ſuo peramanter ſalutaremus. Literas poſtmodum ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. ſuas nobis conſignavit, et ad dextrae osculum admiſſos dimiſit. Eademque die in noſtris aedibus epulum nobis cum ſolito apparatu in omnibus praeberi voluit.

Quod autem convivium ſolis Caeſareis, et Polonicis legatis in dimiſſione hucusque dari ſolitum praebere nobis detrectaverit, putamus cauſam habuiſſe a deſiderio antiquandi hanc conſuetudinem, ne in publicis functionibus, dum pro ſalute Imperatoris, aut Regis Ablegantis Legato propinat, caput denudare juxta introductum morem cogatur. Quomodo jam antiquata fuerat altera excipiendi ſimiliter per

convivium exteros poſt primam audientiam Legatos, prout a Baſilio fuiſſe erga Comitem a Nugarolis Caroli Quinti Imper. et Baronem Sigismundum ab Herberſtein Ferdinandi I. Rom. Regis conjunctos Legatos factum ex hujus commentariis legere eſt, per quos etiam conſtat auditos eos ab eodem aperto capite fuiſſe.

Die prima Maii ducti ad aedes Ducis Dolgorukoi fuimus, qui ſimul cum ſaepefato Czareae Aula Praefecto nos humaniter excipiens in conclave interius ſolos cum ſolis collocuturos introduxit. Succus prolixae ejus orationis, qua praefatus prius fuit, ſe nobiscum non tanquam cum Legatis, ſed tanquam cum amicis locuturum, iſte fuit.

Produxit bonam correſpondentiam, quam a tempore Augsmi. Max. Primi ſe. re. Moscorum Czari cum Rom. Impp. ſemper coluiſſent, quamque praeſens Alexius officiis auxiſſet, nos multis ſupra conſuetum afficiendo honoribus, mediationemque Sae. Cae. Mjtis. Vae. prompte admittendo, non obſtante, quod Sa. Ca. Mjtas. Va. electionem ſuam in

Rom. Imp. ei per Ablegatum ſuum ſignificare neglexiſſet. Deinde dixit, quod Polonia et Lithuania in ſummo periculo verſarentur, cum multis ibi propter Regis orbitatem turbis obortis bello premerentur inteſtino, et imminentem Regio ſolio Gallum timere cogerentur. Cogitandum itaque Sae. Cae. Mjti. Vae. et Czaro, quid utrique faciendum eſſet. Non eſſe permittendum, ut Gallus eorum arriperet dominatum, ideoque libenter audire averent a nobis, qua ratione hoc poſſet anteverti: Si Czarus, vel ex filiis ejus alter juxta oblationem ſibi ab omnibus fere Lithuanis factam in ſucceſſorem Regis Caſimiri eligi deberet, confidere illum, quod Sa. Ca. Mjtas. Va. hoc ei non invideret: quomodo nec ipſe invidere ullo modo vellet, ſi Sa. Ca. Mjtas. Va. vel Serenmus. Frater ſuus eligeretur. Conſultius tamen nihil videri, quam ut jactis inter Sam. Cam. Mjtem. Vam. et Czarum ſolidis bonae confoederationis fundamentis mutua ſe ope juvarent, ut Polonia Sae. Cae. Mjti. Vae., Lithuania vero Czaro cederet. His per inanes multorum verborum circuitus

dictis nos pro reſponſo interpellavit, quod in hunc ſenſum dedimus.

Notam nobis, notam eſſe orbi univerſo amicitiam, quam Rom. Impp. et Moſchorum Czari mutuis officiis invicem ſemper fove- rant, ad quam perpetuandam Sa. Ca. Mjtas. Va. literis ſuis per Lubekam prius transmiſ- ſis, et deinde aliis Czari Ablegato concredi- tis eum (prout in prima noſtra propoſitione dixeramus) electionis ſuae in Rom. Imp. cer- tiorem fecerat eodem ipſo modo, quo alios quoscunque in orbe Chriſtiano Reges, ad quos expreſſum aliquem pro hoc officio ab- legare numquam fuerat ab Aula Imperiali uſitatum. Ut autem argumenta fraternae ſuae erga Czarum affectionis Sa. Ca. Mjtas. Va. multiplicaret, ablegaſſe denuo nos ad procu- randam ei, et ſubditis ejus tranquillam pa- cem. Concedere et nos, quod Gallus a ſuc- ceſſione in Poloniae Regno eſſet arcendus ab iis, qui conſiderata Gallorum in genere, et promovendi in ſpecie conſtitutione, inquie- tum, et infeſtum vicinum eum ſibi timere juſte poſſent. Credere nos tamen, quod hoc periculum non adeo proxime inſtaret, nam

ejus electioni quam plurimi ex Nobilitate refragabantur, intrusioni autem violentae non videremus viam. Quod nostro judicio nullum dari posset efficacius remedium ad praecavendum pro majori animi securitate malum, quam electorum vota muneribus sua facere, et aversionem animi a Gallis, quam eorum nonnulli ostenderant, largitione nutrire. Cum vero Sa. Ca. Mjtas. Va. jam semel publice in Czari electionem consensisset, non dubitare nos cum eadem bona erga eum voluntate perseveraret. Et agere gratias pro eadem erga Sam. Cam. Mjtem. Vam. vicissim oblata, quam acceptaremus, ut majora in dies fraternae ejus benevolentiae, Sae. Cae. Mjti. Vae. semper charissima argumenta haberemus; non autem, quod ejus usus proficuus futurus esset, cum, ut jam multoties per adductas rationes declaraveramus, Sa. Ca. Mjtas. Va. neque pro se, neque pro Serenmo. Fratre suo Poloniae Regnum affectaret. Cumque hoc nobis compertum esset de toto Regni Polonici corpore, credere, quod eodem animo esset erga ejus partem. Nihilominus cum non inter Legatos, et Ministros, — sed inter privatos

amicos, ut protestatus fuerat, sermones nostri miscerentur, cupere nos amica confidentia erudiri, utrum divisionem nobis propositam per electionem, an per ensem fieri debere autumaret? Respondit, per electionem. At nos regessimus: Electionem vel faciendam tunc designando viventi Regi successorem, vel post ejus mortem. Si primo casu, quod nunquam ille, Regina, et utrique addicti permissuri essent aliquem, praeter jam diu expetitum Gallum, eligi, cum praesertim pugnaret pro illis specialis Regni constitutio, quae vetat vivo adhuc Regi successorem dari, cujus vigore actum electionis succedendi semper impedire valerent. At secundi casus tempus, quod naturaliter longe abesset, cum Rex vegetae adhuc sit aetatis, et ad multos forsan annos eam protracturus. Imo, cum omnes morti obnoxii simus, quod interim forsan posset accidere, ut Regina fatis concederet, vacuumque thorum secundae uxori relinqueret, a qua prolem aliquam Rex susciperet, quae omnium ambientium spes suffocare valeret. Utroque vero casu quod ad electionem devenire minime posset, nisi per unani-

mem electorum conſenſum, qui implicat cum imaginata partium ſeparatione, quam prudenter, tanquam ſibi, et libertati exitialem, illi averſári tenentur, quod itaque non videremus, quomodo propoſita diviſio per viam electionis poſſet in actum deduci.

Expectabamus, quod alteram viam, nempe belli, ingredi vellent; at dicax Dolgorukoi more ſuo in multa inania extra aleas vagatus ad centrum ſe reducere neſcivit, unde et nos de hoc ſiluimus.

Inter multa futiliter ab eo de utilitate, et fere neceſſitate propoſitae confoederationis dicta ſubintravimus dicendo; — cur Czarus eam meditans non obligaverat Sam. Cam. Mjtem. Vam. validum aliquod auxilium contra Turcos ei ſubminiſtrando? Per hunc enim gradum facilior ad alios fuiſſet aſcenſus. Et reſpondit eadem, quae jam ſupra a nobis relata fuere. Cumque dixiſſemus, mirum eſſe, quod ſuſtinens Czarus neceſſario a Mahometanis Crimenſibus bellum, ſocium tam potentem habere neglexiſſet, dixit ille, componite nobis cum Polonis pacem, et tunc vires noſtras omnes contra Crimenſes converte-

mus. Hoc promittimus. Sed quis credat Moscovitis? Declaravit tamen, quod Czarus loca aliquot ex occupatis retinere vellet, aliter nunquam ad pacem esset condescensurus.

De mediatione Suecica haec ultro dixit, oblatam Czaro fuisse ab Hornio asserente, quod Poloniae Rex dixisset Stenoni Bielkio, optare se, ut Rex Sueciae, omnibus exclusis, esset mediator. Tractari igitur cum Czaro curaret, ut nobis dimissis eum acceptaret. Recusatum tamen a Czaro constanter perseverante in semel admissa Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediatione. Vincula scripturae verborum vinculis esse firmiora. Nobiscum scriptis, cum Hornio autem verbis dumtaxat actum. Illum ad Regem suum remissum, nos Smolenscum profecturos, circa quem locum, non circa Stocholmium, tractatus pacis essent instituendi. Conjiceremus itaque, quis admissus, quis recusatus esset. Cur factum, quod ei esset arbitrarium, si veritate niteretur, Czarus nos celare vellet?

Die 5ta Maji transmissa nobis fuit ex Legatorum Cancellaria nomine ministrorum, qui nobiscum conferre soliti fuerant, scriptura

Rutheno idiomate concepta, cujus compendium hoc eſt.

1) Quoad Turcos reſponderunt, quae jam Sae. Cae. Mjti. Vae. tunc perſcripſeramus, et ſuperius referuntur.

2) Quoad profectionem de Mayern ad locum tractatuum, et perſeverantiam Calvuccii Moſchuae dixerunt idem, quod nobis in ultima conferentia ab eis lectum fuiſſe ſupra retulimus. Mandatum ſcilicet a Czaro, ut ambo in patrimonium ejus Smolensciae proficiſceremur, ubi, ſi a Polonis in mediatores admitteremur, munere noſtro fungeremur. Sin minus, per Lithuaniam, et Poloniam ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. reverteremur.

3) Conceſſerunt, ut curſorem Smolenscia ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. mittere poſſemus, dato ei ſerio mandato, ut celerrime ad nos rediret. Sed, quod ejus reditum Smolensciae opperiri nobis liceret, fallaciter ſub ſilentio praeterierunt.

4) Inſtarunt, ut ſcriberemus Legato de Liſola pro liberatione ſui Diaki Jeſſimi Procoſſii.

5) Copiam articuli illius epiſtolae, in qua Poloniae Rex mediationem Sae. Cae. Mjtis. Vae. recuſabat, dare negarunt, putantes ſuffi-cere nobis, quod eam vidiſſemus, et per Se-cretarium noſtrum diem, et locum annotare feciſſemus.

6) Incuſaverunt Polonos, quod Commiſſa-rios ad pacem tractandam non mitterent, cum Czarus jam diu tunc ſuos Smolensciam mi-ſiſſet.

7) Et ultimo conqueſti ſunt, quod, cum Czarus ad petitionem Regis Poloniae liberaſ-ſet Generalem Goſiewsky, ſub ſpe recipiendi juxta Regiam oblationem quatuor captivos Ruſ-ſos, quos nominant, hoc Rex non praeſtaret; Imo tunc horum Domini ingens pro eis lytrum peterent, interimque fame eos macerarent, caeterosque omnes in captivitate per Poloni-cas ditiones disperſos peſſime tractarent. Quare petierunt, ut, ſi ad mediationem ad-miſſi eſſemus, remedium procuraremus. Sin minus, ſaltem tranſeundo per Poloniam haec Regi repraeſentaremus, et tandem Sae. Cae. Mjti. Vae. referremus.

Die 6ta Maii Moſchua diſceſſimus, et 19 Smolenſciam pervenimus, decenter in omnibus a Legatis Czari tunc ibi degentibus excepti. Quorum duo Primarii unus poſt alium ferculorum et potionum miſſione de more nos honorarunt.

Die 20ma Dux Odviowsky eorum Primarius epiſtolam Goſiewsky nobis miſit, per quam is certiores nos faciebat, quod cum Collegis ſuis Polonicis Legatis eſſet collocutus, qui mediationem Caeſaream pro tunc acceptare non deſiderarent; ſed promiſiſſent ſuam cooperationem, ut eo ad Aulam Polonicam veniente admitteretur. Interim vero tanquam Regni Senatores nobiscum tanquam Sae. Cae. Mjtis. Vae. conſiliariis — haud illibenter per literas collaturos, et de his, quae ad famam et emolumentum utriusque Domini pertinere poſſent, amica conſilia ad invicem communicaturos.

Cum itaque die 23 conferentiam habuiſſemus cum ſaepefatis Czareis ad pacem tractandam Legatis Duce Nikita Ivanovitz Odviowskj, Duce Ivano Semenowitz Prozorowskj, Bojaris, Athanaſio Laurentewitz Ordin Nas-

ſciokin Dumni - Duoranino, Almaſio Ivano Dumni - Diako et Fedore Michalow Diako, ab eisque juxta Moſchuae concordata facultas nobis conceſſa fuiſſet curſorem ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. expediendi, ſcripſimus per eum praedictis Polonis Senatoribus in haec verba.

Excsmi Domini, Domini amici Obſervtmi.

Notum jam diu eſt Excellentiis Veſtris, quod Sa. Ca. Mjtas. noſter clementiſſimus Dominus ob pium zelum ſiſtendi lacrimabilem Chriſtiani ſanguinis effuſionem nos in Moscoviam anno praeterito ablegaverit, ut pacificam interpoſitionem ſuam Czareae Mjti. offerremus, dum eodem tempore Legatus ſuus Excsmus. Dominus Baro de Liſola idem officium erga Regiam Mjtem in Polonia praeſtiturus eſſet. Quodque oblatam Caeſaream mediationem Czarea Mjtas. promto animo admiſerit, deque ejus admiſſione per literas ſuas Regiam Mjtem. Poloniae certiorem fecerit cum notitia, quod nos ad exercendum mediationis miniſterium ad ſuos cum Lithuania limites propediem miſſurus eſſet. Cui Regia Mjtas.

responderit, oblationem Sae. Cae. Mjtis. Vae. esse utique magni faciendam, sed sibi in animo esse, propter multas, quas adduxit, rationes, nullius in tractanda pace mediationis interventu uti: supervacaneum itaque fore, ut nos ad limites mandet deduci. — Haesimus ergo Moschuae, et interim Excmus. D. Gosiewskj a Czarea Mjte. libertati suae restitutus obtulit se acturum cum E. E. V. V. prius, et deinde cum Regia Mjte. ut etiam ex parte Poloniae Caesarea mediatio admittatur. Quatriduoque post ejus Moschua discessum literas Sae. Cae. Mjtis. nostri Clementissimi Domini accepimus datas sub die 21 Octobris — anni nunc proxime praeteriti, ex quibus percepimus, declaratum ex parte Poloniae fuisse, quod, si pax sine mediatore componi non poterit, nullam aliam, praeter Caesaream, mediationem admittet. Quare visum est nobis cum beneplacito Czareae Mjtis. huc venire, ut eveniente casu, quod partes sine mediatore transigere nequeant, ad fungendum munere nobis injuncto praesto simus. Hic literas praedicti Excmi. D. Gosiewskj accepimus, per quas edocemur,

quod E. E. V. V. nos in mediationis quidem miniſtros admittere ad hucusque non decreverant, ſed ad ejus inſtantiam obtulerant, conjunctam operam ſuam apud Regiam Mjtem. cum eo conferre, ut admittamur quodque interim non gravabuntur tanquam regni et Regiae Mjtis. ſenatores nobiſcum cum Sae. Cae. Mjtis. conſiliariis per literas conferre de iis, quae ad promotionem publici boni ſpectare poterunt, usque dum tanquam Legati cum Legatis hoc facere inculpate poſſint. Hoc igitur charactere tantisper ſepoſito, primum Excellentiis Veſtris amica noſtra obſequia offerimus, deinde rogamus, ut hunc familiarem noſtrum a nobis animo attingendi propoſitum publicae utilitatis ſcopum ad praedictum Excmum. Dom. Goſiewskj, et ulterius ad Excmum. D. Caeſareum Legatum de Lisola, et ad ipſum noſtrum Clementiſſimum Dominum expeditum mandent tute et ſecure deduci.

Cumque percipiamus Ruſſum Diacum Jeffimum Procoffium Moſchua anno praeterito cum tubicine noſtro ad noſtrum Clementiſſimum Dominum ſub confidentia noſtrarum

literarum paſſus profecturum Ticotignae adhuc contra Regiam erga praedictum Legatum de Liſola aſſeverantiam ſub arcta cuſtodia detineri, enixe petimus ab E. E. V. V. ut illum debitae ſuae libertati reſtitutum velint, admiſſus enim ſemel a Zkloviae Praefecto, et ulterius promotus, jam videtur injuria detineri: neque tanti faciendus homo gregarius, ut poſt annum durae captivitatis, et peculioli ſui ademtionem Domino ſuo ſub fiducia amicorum Legatorum obediviſſe ulterius luat.

Conqueruntur Ruſſi, quod eorum captivi duriter in Lithuania, et Polonia a Dominis ſuis habeantur; quare rogamus E. E. V. V., ut his humanitatem, Chriſtianam Religionem, Fortunae euripum, et nativam generoſitatem in animum revocantes, eos ad mitiorem erga miſeros propenſionem hortentur, et interea paratam permutationem in effectum deducere non differant

Interim ſi ad maturandum pacis tractandae opus placeret E. E. V. V. de loco conveniendi, ſimilibusque praeliminaribus agere, nos in hoc amicam operam noſtram deſide-

rari non patiemur, quippe qui velimus esse

Excellentiarum Vestrarum

Benevoli amici et Obsequtmi. servitores

Augustinus de Mayern Sae. Cae. Mjtis. Camerae Aulicae consiliarius,

Horatius Guilielmus Calvucci Sae. Cae. Mjtis. Interioris Austriae Regiminis Consiliarius.

In eadem conferentia interrogarunt nos praedicti Czarei Legati, an Sa. Ca. Mjtas. Va. literis nostris per tubicinem transmissis respondisset? Diximus, respondisse, sub die 27 Augusti an. 1661; sed literas ad nos non pervenisse, cum interceptae (prout ipsimet ad conferendum Moschuae nobiscum Deputati nobis dixerant) a Lithuanis fuissent. Replicarunt, moris esse apud omnes Principes, ut duplicata Legatis suis mittant. Respondimus hoc esse verum, quando aliquod sinistrum moraliter timetur; at literas a Sa. Ca. Mjte. Va. per Curlandiae Ducem in ipsam usque

Russiam fuisse secure transmissas, ideoque de duplicatis tanquam superfluis non curatum. Subdiderunt rogando, ut omnia per literas nostras anno praeterito a tubicine latas Sae. Cae. Mjti. Vae. rescribere vellemus, ut super iis responsum obtinere possemus. Et biduo post praedicti Nasciokinus et Almasius ad aedes nostras accedentes, nos super hoc praecise interpellaverunt cum protestatione, quod nunquam passuri essent, Dominum suum in titulis Regi Poloniae inferiorem haberi.

Die 2a Augusti nuncius a Rege Poloniae ad Czarum missus Smolensciam adveniens, literas a Generali Gosievio die 27 Junii Varsaviae ad nos datas nobis attulit, quibus asserebat, actum in senatu a Polonis fuisse circa adhibendam Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem, a qua non abhorrere Regem suum evidenter cognoverat. Legatum vero Christianissimi Regis tam piae non restitisse intentioni, sed, ut quam maximo apparatu imminens transigeretur commissio, socios sui laboris nos non abnuerit. Rem nihilominus totam rejectam fuisse ad Nasciokini Legati juxta Czarea

promiſſa ad Regem adventum, ut tunc, prout ille clarius ſui principalis aperuiſſet mentem, congrua formari conſilia poſſent, ex quibus determinatum nobis daretur reſponſum. Harum literarum Czareis Legatis copiam dedimus, quam Domino ſuo cum ipſo Polonico nuncio transmiſerunt.

Interea die 29a. ejusdem menſis alias ab eodem Goſievio literas 9 ejusdem Villnae datas accepimus, per quas certiores nos reddebat, quod etiamſi Rex ſuus declaraſſet, nullam ſe velle acceptare mediationem, nihilominus, in quantum viſum fuiſſet alteri parti adhibere mediatores, non abnueret, quin Sae. Cae. Mjtis. Vae. inſimul cum Chriſtianiſſimi Regis Legati pacis moderarentur tractatum. Et harum etiam copiam iisdem Czareis Legatis tradi curavimus.

Hi die 6a. Septbris. ex mandato Domini ſui nobis dixerunt, percepiſſe illum tam ex copia literarum Goſievii ad nos, et ad ipſos Legatos, quam ex regiis literis a nuncio allatis, Regem Poloniae modicam ad pacem

propenſionem, minoremque ad admittendam Sae. Cae. Mjtis. Vae. mediationem habere, quare mandaret, ut ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. reverteremur, conſignaruntque nobis ejus ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. literas. Reſpondimus, dimiſſionem noſtram nobis tunc inconſultam videri, quando ex tenore literarum Goſievii adhibitio mediationis Sae. Cae. Mjtis. Vae. arbitrio Czari remiſſa fuerat. Sed replicarunt, Decreta Domini a ſe non poſſe mutari, unde abiremus. Goſievium non eſſe apud ſe tanti momenti, ut ſolis ejus literis fidere velint. Si talis eſt Regis intentio, qualem ille innuit, cur Rex ipſe Czaro per literas ſuas eam non aperuit? cur commiſſarii pacis Polonici noſtris ad eos datis literis non reſponderunt? cur Liſola nihil nobis ſcripſit? Acquieſcere igitur decreto debuimus; tantum addidimus, nos ex itinere ad Goſievium Vilnam divertere velle. Quid nobis faciendum, ſi ille ſerio agens ad obeundum mediatorum munus nos retinere, vel ad limites remittere vellet? Et reſponderunt, eſſe ſibi Domini ſui in hoc voluntatem incompertam.

Die itaque 10a. Septbris. disceſſimus. Legatus Odviowsky ſua rheda nos ad naves deduci curavit, omiſſis tamen omnibus quibuscunque deductionis publicae conſuetis pompis.

Hic notetur ad informationem futurorum Sae. Cae. Mjtis. Vac. in Moſchoviam Ablegatorum, quod nos quidem Czarum titulo Majeſtatis voce ſemper nuncupavimus, ſed ſub proteſtatione ratificationis Sae. Cae. Mjtis. Vae. quam nos habuiſſe eos ſemper celavimus; at ſcripto nunquam, etenim literae, quas ad Polonicos pacis Commiſſarios die 27 Maji praeſentis anni Smolenscia dedimus, in quibus pluries hoc eum titulo honoravimus, fuerunt a nobis tanquam privatis, non tanquam Ablegatis ſcriptae, prout ex earum contextu dilucide apparet.

Smolensciae Generalis exterorum, Alexander Lesleus, homo 96 annorum, ob ſuam erga Sam. Cam. Mjtem. Vam. animi devotionem multa nos humanitate, cellariique ſui et horti quotidiana, menſae vero frequenti hoſpitalitate tractavit.

Statim ac dimiſſionem nobis Ruſſi intimarunt, ſcripſimus per expreſſum Orſam miſſum Lithuano tribuno Stetkiewitio, ſupremo ad Oram Boriſthenis belli Legato, rogantes, ut nobis eo advenientibus de neceſſariis ad ulterius pergendum vehiculis juxta morem proviſum vellet. At eo venientes nihil horum invenimus, nuntium noſtrum duntaxat cum ejus reſponſo offendimus, per quod declarabat, ſe hoc ſine praeſcitu Ducis exercituum praeſtare haud poſſe, ideoque Crasnae (quod nobis nullo modo Ruſſi permiſiſſent) ulterius reſponſum operiri deberemus.

Aberat ille, et ab ejus Vicelegato Koſarisky hoſpitium in oppido obtinere non potuimus, vixque altera die deſcenſum ulterius impetravimus, conductis prius ab oppidi Conſule magna mercede Skloviam usque remigibus, et empto a pontis cuſtode transitu. Skloviam appellentes a quamvis praemonito oppidi Praefecto vix paulo melius excepti fuimus. Etenim exſcenſus in terram nullo modo nobis conceſſus fuit, unde in

oppoſitam ripam transmiſimus. Inde petiimus, ut concederetur nobis mercenaria vehicula ad ulteriorem profectionem conducere, ſed incaſſum. Negavit enim Praefectus, ſe hoc inconſulto exercitus Duce facturum: tantum obtinuimus, ut Mohiloviam deſcendere nobis concederetur.

Mohiloviae, poſtquam biduo in ripa fluminis haeſiſſemus, Magiſtratus tandem nos admiſit. Inde conductis impenſo pretio vehiculis Vilnam die 13 Octobris an. 1662 venimus. Ubi perquam honorifice a Palatino Sapieha, Generale Goſievio, et Deputatis exercitus excepti fuimus, et a duobus Primis ſucceſſive lautiſſimo convivio adhibiti. Palatinus tamen Trocenſis Paczius frater Cancellarii recuſavit iis intereſſe, et domi ſuae inter ſuos compotores prompſit conſilium ſuum detinendi nos, donec Aulae Regiae mens perciperetur, annon aliquid de nobis durius ſtatui vellet.

Inſtitimus deinde apud praedictum Generalem Goſievium, ut nobis declararet, quid

circa admiſſionem pacificae mediationis Sae. Cae. Mjtis. Vae. ei ex mente Serensmi. Poloniae regis ſcribere deberemus. Qui nobis reſpondit, adveniſſe tunc ante quatriduum Vilnam ex Moſchavia reducem nuncium Regium, et retuliſſe, quod Magnus Dux audiens, Regem perſiſtere in ſua jam diu declarata voluntate paciscendi ſine mediatoribus, annuiſſet, ut hoc fieret, ideoque nos dimiſiſſet, et propediem miſſurus eſſet juxta concordata Moſchuae cum ipſo Goſievio et repetitam ſaepius Regis inſtantiam Legatum ſuum Naſciokynum, qui in Aula Regia de pace ageret, ſine interventu alicujus mediatoris ſancienda. Nihil itaque quod ad mediationem jam tunc ſperandum eſſe, cum non deceret Regem, qui ſemper mediatores recuſaverat, tunc pro iis admittendis apud Moſchum inſtare.

Colluſio haec fuit inter Regem et Czarum a Goſievio captivo in ſpem libertatis texta, quod nos pro compertiſſimo ex multis argumentis et notitiis habemus, et haec

notitia ad exercitum confoederatum emanata non leve momentum ad ejus necem attulit, cum indignarentur milites, illum ad Gallorum partes tam foeda proditione tranſiiſſe, et ſecum Mareſcallum Zeronſcium ſeduxiſſe.

Dum Vilnae degeremus exercitus confoederati conſiliarius Navaskj potu madidus ad aedes noſtras, ut nos adiret, ignotus plane accedens, cum propter juſtum metum, ne in aliquod inconveniens juxta morem regionis prorumperet, non admitteretur, ſexcentis nos, familiamque noſtram ſpatio integrae horae verbis contumelioſis aſperſit, eductoque ter acinace, mortem illi ex famulis noſtris interminatus fuit, quem priorem in platea offendiſſet.

Poſtero vero die duo ejus collegae nos convenerunt, et poenitentis nomine commiſſorum veniam ebrietati condonandam petierunt, quam ei haud gravate conceſſimus, cum notum nobis eſſet, conſueviſſe illos homines, omnia ſibi in temulentia licita facere, modo poſtea ſobrii poenitudinem facti petita venia oſtentent.

Poſtquam diſſolutus fuiſſet conventus Regiorum Commiſſariorum, et exercitus Lithuanici Olitae, et Puniae habitus, venit ad Calvuccium nocturno tempore homo ille, quem in literis ad Sam. Cam. Mjtem. Vam. Gedano die 21 Febrii. a nobis transmiſſis nominavimus, qui motus amicitiae cum illo contractae lege monuit eum, quod exercitus ſe praeſente multa de nobis et noſtra Vilnae mora blateraſſet, et decreviſſet, omittere quidem apertam noſtram dimiſſionem, ſed tot nos incommodis et injuriis afficere, ut ſponte noſtra abiremus. Haec notitia convalidata ab aliis adminiculis, et variis amicorum relationibus digna nobis viſa fuit, ut omnem apud nos fidem inveniret, praeſertim cum mutationem formae nobiscum tractandi in omnibus experiremur. Decrevimus itaque malum abeundo antevertere, illicoque noſtrum hoc decretum publicare. Perpendimus etenim, quod vel veri amici officio, vel ſubmiſſi hominis fallacia, monitor functus fuiſſet, utroque caſu cum maximo et evidenti laedendae in nobis Sae. Cae. Majtis.

Vae. exiſtimationis periculo Vilnae ulterius ſubſtiteremus.

Nam, ſi vera narraſſet, injuriae erant certo exſpectandae ab iis, qui eas irrogare nobis condixiſſent: ſi falſa, ab illis, qui ad haec comminiſcenda eum ſubornaſſent. Petiimus ergo a Colonello Ciechanowicyz Plenipotentiario exercitus Lithuanici Vilnae degente et a Procancellario Lithuaniae literas paſſus, et aliquot pro conductu usque ad limites milites, quae omnia prolixe promiſſa ab utroque fuerunt. Sed poſt plures procraſtinationes Procancellarius ſe abſcondit, et alter litteras quidem dedit, at conductum numquam. Cum itaque die 8a hujus Vilna diſcedentes binas jam leucas trahis per nives vecti emenſi eſſemus, venit poſt nos miles quidem Lithuanus traha ſimiliter vectus cum duobus famulis, qui contra omnem morem petiit, ut de via omnes decederemus, quo ipſe poſſet praeterire. De Mayern, qui poſtremus vehebatur, curavit ei per proximum ſibi cubicularium ſuum reſponderi, hoc quod peteret, a triginta trahis, quae nos vehebant,

ſine maxima incommoditate fieri non poſſe, ipſe potius per viam, quae ampla et plana ad utrumque latus patebat, juxta morem regionis ſuo arbitratu pergeret. His auditis, tanquam furiis actus, traha deſiliens evaginato acinace per mille contumelias pediſſequum, qui ad ſuſtentandam de Mayern traham deſtinatus ſecus illam erat, primum impetiit, qui cum inermis eſſet, traham circumſaliendo ab offenſa ſe ſubducebat. Hoc viſo cubicularius cum enſe accurrit, ut furioſi impetum compeſceret, ſed miſer in utraque manu vulneratus, et praeſertim in laeva, cum perpetuo dehinc uſus detrimento, fuit. Alter famulus noſter, qui ſimiliter inermis militi acinacem e manu evellere conabatur, ab altero ex famulis ejus tribus in capite ictibus caeſim percuſſus illum relinquere debuit. Dabat interim furioſo mellea de Mayern verba, et ille contumelias reddebat, imo et minorem fiſtulam contra eum tetenderat, ſine dubio exploſurus, ni ſenior ejus famulus eum inde abduxiſſet. Haec omnia cum maxima patientia toleravimus,

nec vindictam ullam ſumere, quamvis facilem, voluimus. Sed furioſa beſtia lenitate, et manſuetudine noſtra abutens, cum vidiſſet nos ſubſtitiſſe, ut vulneratis vulnera ligarentur, in nos denuo exſerto brachio acinace armato movens, quamvis videret famulitium noſtrum jam armatum, et paratum vim vi repellere, nihilominus noſtro penitus obvius irruit, tanta ferocia, ut non omnes ab ejus furore evaſuri viderentur, niſi neceſſaria uterentur defenſione eum proſternendo. Quod factum fuit. Poſt quod ſtatim conqueſti graviter per literas fuimus, tam apud Generalem tormentorum Praefectum Equitem Judiskj, quam apud Ciechanowicz de violato in nobis jure gentium, et negato conductu, et magnis itineribus ex Lithuania exire properavimus. Credendum eſt, quod ille fuiſſet ex conjuratis contra nos, et bilem ſuam tunc evomere voluiſſet.

Dantiscanus Magiſtratus neminem ad nos miſit. Sed Vratislavienſis eodem, quo prius, hoſpitalitatis officio nos proſecutus eſt. Hisce Sae. Cae. Mjti. Vae. omnia fauſta ac fe-

licia precantes Clementiſſimae gratiae ſuae nos humillime commendamus.

Viennae die 8 Aprilis 1663.

Sacrae Caeſareae Regiaeque Majeſtatis Veſtrae

Humillimi Obſequentmi. et Fideliſſimi Servi

Auguſtinus de Mayern

Horatius Gulielmus Calvucci *).

*) Das Manuſcript iſt von den Berichterſtattern eigenhändig unterſchrieben, und eine Ergänzung der ſelten gewordenen Iter in Moſcoviam Auguſtini liberi Baronis de Mayerberg (in vorliegender relatio bloſs Aug. de Mayern genannt) et Horat. Guil. Caluucci ab Auguſt. Rom. Imper. Leopoldo ad Czarem et Magn. Ducem Alexium Michail A. 1661 Ablegatorum. (fol. u. 8.)

VI.

SEBASTIANUS GLAVINICH

DE

REBUS MOSCHORUM.

In Codd. Mſs. hiſtor. prof. Biblioth. Palat. Vindobonenſ. No. 937. 12 Bl. in 4to. auf Papier.

CAESAR SACRATISSIME! etc.

Sanctitatis ſuae ad Veſtram Sacratiſſimam Maieſtatem Caeſaream Nuntius, ſibi referri de rebus Moſcorum aliqua, non ita pridem deſideravit. Cuius obſecutus deſideriis, illico nonnulla breviter, quae magis in rem facienda iudicavi, in tenuem papyrum congeſſi: eorum tamen paria, antequam notitiae Maieſtatis Veſtrae Sacratiſſimae, caeteroquin de ſtatu Moſcorum ad amuſſim informatae, ea qua par eſt, Veneratione non ſubjicerem, minime praeſentavi. Hic Maieſtati Veſtrae Sacratiſſimae Auguſtiſſimae Domus obnixe exopto perennitatem etc. etc.

Sacratiſſimae Maieſtatis Veſtrae

Humillimus ſubditus et Capellanus
SEBASTIANUS GLAVINICH.

Moſcoviae Regio quae immenſa prope ab Hiſtoricis, et Hollandis mercatoribus ſcribitur, in ſe, ut referunt, terram ſexcentorum Germanicorum milliarium in longitudinem continet, eandemque totidem latitudinem habere contendunt; aiunt enim longitudinem ejus in Septentrionali Suecia habere initia, et in Mari Caſpio, ſive Hyrcano, quod alioquin mortuum, ſiquidem cum caetero mari commiſceri non videtur, terminari. Latitudinem inchoant a mari glaciali, ejusque fines in Lithuaniae terminis ſtatuunt. Quidquid ſit de hac tanta Terrae mole, et an Veritati ſint Hollandorum relationes conſentaneae, illud tamen extra omnem controverſiam eſt, eam in plures Principatus, Provincias, ac Territoria dividi, quae olim pluribus, hodie uni Czaro et magno Duci parent Moſcoviae. Utpote:

Moſcovia,	Novogardia Magna,	Chelmia,
Volodimiria,	Bieloiezaro,	Uſtiugha,
Niſennovogardia,	Jaroſzlavia,	Pereſzlavia,
Caſan,	Reſkovia,	Vitepſzko,
Aſtracan,	Susdakia,	Mozaiſzko,
Reſan,	Terſanovolok,	Czernikovia,
Porotin,	Candalax,	Galitz,
Severia,	Colmogardia,	Duina,
Chiovia,	Cargapolia,	Archangelus (hic eſt portus maris Moſcoru(m))
Bielſkia,	Vaga,	Udoria,
Roſthovia,	Vologda,	Petzora,
Tueria,	Megrina,	Obdoria,
Pleſcovia,	Condoria,	Szamojeda (ita dicta quia olim in ea ſe invicem homines comedebant.)
Sibiria (hinc Zebellinae pelles adferuntur.)	Lucomoria,	Pegaorda,
Jugoria (Ex hac provincia volunt aliqui erupiſſe Hungaros)	Permia,	Tumen,
Viatka,	Bulgaria,	Colmacia,
Circaſſia,	Gruſinia,	Carthalinia,
Goria,	Cabarda,	Torſok.

Hos Principatus omnes, Provincias, et Territoria Voivodae, ſive Palatini adminiſtrant, neque facile eorum adminiſtratio ultra triennium, quo elapſo alter ſubſtituitur, prorogatur: et licet nomine gaudeant proprio a Reſidentia tamen Czarea, *Moſqua*, quae a fluvio vocato *Moſqua*, eandem alluente, nomen invenit, omnes hoc generico nomine Moſcovia nuncupantur; Memoratas Provincias duae potiſſimum nationes incolunt, Moſcovitica, quae ſuperior, et omnium Praeſidiorum eſt Domina, et Tartarica, quae campum ſylvasque, ut prae reliquis Sibiriam, Jugoriam, Cirkaſziam, Caſanam et Aſtracanum, hinc fidei linguaeque diverſae, multique inter Tartaros in hodiernum adhuc diem idola colunt, quod et inde conſtare poteſt, ſiquidem ſculptum in ligno caput Vituli, incluſum capſulae appenſum pectori, circumgeſtent, uti anno 1661 Menſe Auguſto, quando cum 36 mill. Equorum in Reſidentiae Moſquae pratis conſiderant, videre obtigit. Quot fuere perfecte millia dubium, cum non niſi ita dictitatum fuiſſet, nullum tamen in eo, eorum fuiſſe ingentem gregem, quem exceptis paucis admo-

dum, intra ſeptimanae ſpatium circiter divendiderant, reliquos claudos, vel morbidos, quotidiano ſolito epulo reſervarant.

Plures Tartarorum Moſcoviticum ſciſma amplectuntur, ex quibus dicto anno duos Czarus ex principalioribus in Aula habuit, eisque alimenta honeſta, et juxta conditionem praeberi jubebat. Nomen primo Doſzs Soltan, alteri Jeſt Soltan: baptizatis vero Petrus Alexiewich, et Alexius Alexiewich, qui ambo Ducis Tartarorum Sibirienſium erant filii.

Ante annos circiter 30 Princeps Czirkaſſiorum Ruthenicum ſciſma ſuſceperat, et anno memorato 1661, inter Boiaros, ſive Czareos Conſiliarios Kniaz, hoc eſt Princeps, Jacobus Czerkaſzky nominatus, Primatum tenuit. Hic Polonos intertenuit Muſicos, quorum conſuetudine non mediocriter delectabatur.

Itaque Czarus, et Magnus Dux Moſcoviae, cui nomen Alexius Michialowich, praefatam Terrarum molem regit abſolute (ut per volo, per nolo ſolus regat, atque gubernet) quae, ſi univerſa coleretur, ut plurium ſenſus eſt, ſi non Ottomanicum aequaret Imperium, eo

non multo foret inferior. Terra enim, ubi vaſtiſſimae excrevere ſylvae, paſſim abietum, apta granum, excifis arboribus, copioſum producere, cum ea pars Regionis, quam perluſtravimus, pinguis ſit, et in meros colliculos, ac Valles aſſurgens, aratro idonea.

Czarus, ſi adhuc in humanis degit, annum agit trigeſimum ſextum circiter, Princeps iuſta ſtatura, decenti affabilitate, naturalibus dotibus corporis praeditus neceſſariis, cui, ſi lumen verae fidei accederet, ſane Princeps multorum numerorum non immerito diceretur. Nullum Mundi Principem tanti facit, ut par eſt, quam Maieſtatem Veſtram Sacratiſſimam, quantum colligere in diverſis converſationibus ibidem habitis potui, imo neminem eſſe verum Orbis Monarcham contendunt, excepta Maieſtate Veſtra Auguſtiſſima, et ſuo Principe, et Czaro Moſcoviae, hinc Ottomanicam colluviem pendunt viliſſime.

Annum agens decimum octavum, ſui Principatus ſecundo *), duxit Vxorem Mariam an-

*) Anno 1647 Vxorem duxit.

norum viginti duorum, ordinarii Nobilis Eliae Danilovicz Filiam, cum qua plurés progenuit proles, Czarulum Alexium Alexievicz nulli viſibilem, quam Educatori, et quinque Boiarorum, qui ſibi a Servitiis ſunt, filiis, usque ad Annum expletum duodecimum, quo et praeſentatur Populo, et ejusdem Aula inchoatur.

Habuit et alterum filium ſexageſimo primo natum Theodorum Alexievicz, et ſex filias Tethianam, Eudochiam, Annam, Catharinam, Mariam, Sophiam iam defunctam. Sorores tres, Martham, Tethianam, et Eudochiam, quae in Aula privata degunt perpetuo, nullique dantur in connubium, niſi aliquis Princeps exterus Ruthenicum ſcisma amplexurus, veniret.

In Aula Czarea quattuor ordinarie ſternuntur Menſae. Czarea ſeparata, Czariczae itidem, Czaruli, ac ſororum, neque niſi certo Anni in unam conveniunt tempore. Scismatis Ruthenici Patriarcha Nicon, nobis Nycetas, Protopopi, ſive Archipresbyteri filius, caput eſt, homo vaſer, et a natura callidi ingenii, licet litteras alias, praeter modiciſſime deguſtatas graecas, et Cyrillianas ad unguem, nullas no-

rit; penes ſe tamen in utraque lingua eruditos ex Graecia ſervat homines.

Habet ſuum ordinarium Domicilium in Pago Hieruſalem, ubi magnificum Monaſterium ſibi, et non longe Monialibus, octo germanicis diſſitum Mosqua milliaribus, extruxit, quae Civitas ordinaria alias Patriarcharum ſedes eſt, ſed memoratus iam a decennio, et amplius, ob conſpirationem Nobilitatis Aulicae contra ſe factam, ab eadem exulat. Aiebant nonnulli cauſam, eo quod belli contra Polonos ſuſcepti primus Incitator extitiſſet: alii, quod pecuniae aereae cuſae, quae plures in paupertatem redegerat, fuiſſet Author: et pars, quod Czaream Aulam ſuo unico conſilio ſtuduiſſet moderari.

Patriarchae ſubſunt Metropolitae, Epiſcopi, Archimandritae, reliquusque Religioſus Ordo, cuius in Moscovia amplus Numerus.

In ſola Nouogardia Magna numerantur ſeptuaginta Baſilianorum coenobia, et quaedam propter adhaerentem Lacum Ilmen, aquis intermediis, cocto lapide, extructa, ut aliquorum Monaſteriorum Venetorum formam referre videantur. Reſidentia Mosqua, Templa non in-

grati operis, et Capellas mille circiter numerat, et templum quodlibet ad minus campanas quattuor, vel quinque, eorum autem plurima ſunt, quae octo, et decem; quarum una in Arcis Czareae Arca ingentis jacet ponderis, ut ejus maior circulus triginta ulnarum circiter circumferentiam occupet. In huius fuſionem quadraginta millia talerorum argenti boni fuiſſe mixta, ab Hollandis Catholicis accepi. Quare, cum earum ſonus incipit, talem fragorem edunt, ut difficulter homines in plateis obambulantes mutuo ſe intelligant.

Clerus Moscoviae, ac Nobilitas univerſim rudis, neque novi ex Clero aliquem, quam unicum Epiphanium Chiovienſem Monachum, eruditum hominem, qui Graecas, Latinasque litteras non modice calluit, et ex Nobilitate Theodorum Michailowitz Ertiſceu, ſupremum Aulae Czareae Praefectum, ſane *) Virum capacem, qui a Dominicano iam Subdiacono, latinum idioma adeo edoctus fuerat, ut diſcurſum quemcunque intelligeret, lingua ſua re-

*) Hunc Hollandi Mercatores vocant Jeſuuitam, ſiquidem ſuavis eſt, et modeſtus in omni actione.

ſponſa recta daret; ſiquidem exercitium linguae necdum perſecte poſſidebat.

Illud bene ſatendum eſt, Clerum, et Nobilitatem Pſalterium Davidis, et ſacram Scripturam adeo callere, ut eam Lingua vernacula propemodum ſciant memoriter recitare: rigidiſſime ſervare jeiunia, ut totam maiorem quadrageſimam, quam octiduo tardius Nobis inchoant, plures ex illis ſolo pane, et aqua transigant, ſed elapſo ieiunandi tempore, etiam helluandi modum non admittant, et pauperibus ſtipem largiantur libenter. Plebs praeſertim pagana, nullam aliam orationem orare novit, quam *Jeſu Chriſte miſerere mei Peccatoris,* quod illorum lingua exprimunt: *Jszos Chriſtos pomiluii Gresnika,* hancque ducendo repetitas Cruces a fronte in pectus, ſi a templo abſunt, ad illud verſi recitant: et, ſi quiſpiam eos, cur orationem Dominicam, et ſalutationem Angelicam neſciant, interroget, reſpondent hanc ſcholam ſublimem eſſe, adeoque Czaream, et Patriarchalem, qui tenentur talia orare, et illi pro ſe laborare.

Accepi a praefato Epiphanio, eos in Chiovienſi Monaſterio Philoſophicum, ac Theolo-

gicum praecipue habere ſtudium, diuerſi generis Libros graecos, ac Latinos Conſtantinopoli allatos, quod in Polonia reſcitu facile, ſiquidem illis antea Chiovia paruit: neque in Moscovia de ulla alia Bibliotheca percepi quidpiam, et tametſi eam habeant, id difficile eſt Legatis vel alicui Advenae penetrare, quandoquidem natura Moscorum ſuarum rerum adeo tenax eſt, ut non propalet, ſed tegat potius, quid poſſit, quid habeat. Legatos Magnorum Principum, ab initio maxime, donec aliquod ſui, ſuarumque rerum creditum faciant communiter habet ſuſpectiſſimos, an non venerint explorandi cauſa ſuas res potius, quam cum eorum Principe aliquod negotium tractandi.

Czari Moscoviae potentia haud contemptibilis, quae ante inchoata, cum Republica Polona, bella ducenta etiam exercitus millia, absque colonorum damno notabili congerere potuit; et ſi Equitatus, uti Peditatus, ſibi ſuccederet, neſciret profecto quiſpiam, quid Polonia contra ſe, et vicini hoſtes euincerent.

Moscorum populi ea ſunt laboris, ac famis tolerantia, quam ulla alia natio, et ſi omni

alio, tam campo, quam Praeſidio, careant alimonio, ſolo pane, ſale et aqua perdurare poſſint: iter proſequentes farinae contenti ſacculo, ex qua aqua reperta proxima, injecto ſale, absque decoctione pulmentum formant, famem eo mortificant, eaque mortificata, ita ſunt vegeti, et hilares, ut canant, et modulentur. Ex hoc quaſi principaliore capite, Czarus Moscoviae, ſe unum ex potentibus Europae Principibus eſſe gloriatur. Quantarum individue ſit Czarus divitiarum, ambiguum, nullum tamen eum eſſe magnarum, ſupereſt dubium. Omnes in Moscovia Tabernae Czareae, neque alius extra ſe, audet venalem proponere potum. Genus omne pellium pretioſarum, quarum Moscovia eſt feraciſſima, Czareum, earumque proventum pariter aeſtimat, quam ſi argenti, aurique fodinas, quibus utrisque uti alterius omnis metalli, ferri excepti, caret, haberet. Sevum, cannabes, pelles vocatae iuchter, fraxinei cineres, quorum in Hollandia, et Anglia tingendo panno nigro, conficiendis ſmigmati ac vitro, uſus neceſſarius, pro Czaro coëmuntur, dictaque omnia plerumque in Archangelum portum, ubi vel venduntur

Hollandis et Anglis pro pecunia, vel in pretium aliorum mercimoniorum permutantur, transmittuntur. Nullibi Czarus vectigal habet, quam in hoc Portu, quo ſemel exſoluto, per totam Moscoviam vehere, et revehere poteſt quisquam liberrime mercimonia.

Par unum Zebellinarum praeſtantiorum, et nigrarum vulpium pretio aureorum centum venduntur in ipſa Moscovia.

Inde etiam Czarus poteſt conjecturari opulens, ſiquidem pecuniarum in Moscoviam ſit ingreſſus perpetuus, egreſſus exiguus, et rarus, rebus omnibus ad victum abundet neceſſariis, neque indigeat aliquo extraneo, ſi exceperimus Vinum, quo illi parum delectantur, ſed aduſtum hauriunt potius, aromata, et pannum cum ſerico, veſtitui neceſſaria.

Vt et circa Militiam Moscoviticam referatur aliquid, eam totam eſſe conflatam ex propriis ſubditis nemo ambigat, eidemque externos officiales, uti Colonellos, Vice - Colonellos, Capitaneos, ac Vice - Capitaneos, inſtruendae, et ducendae, praefici, ſemper tamen totius rei ſumma Generali Moscovitico committitur. Omnes ad amuſſim praeſertim officiales ſol-

vuntur, et Colonellis non amplius aureis quadraginta in Menſes ſingulos datur.

Illud etiam notatu non indignum Moscoviae Principum Legitimorum deficiente Linea, ſupremum ſtabuli Praefectum, quem Lingua propria *Koniuſſei* appellant, legi in Principem; quare conſtanter fit, ut non niſi Vice - Praefectus dicto fungatur officio, quando Czarus filios, vel eorundem ſpem ſaltem habet, quem, ſi orbatum iisdem decedere eveniat, illico Vices gerens, vel ſi alter eo aptior, ut a Moſcis doceri potui, Supremus pronunciatur.

Bello hoc, cujus necdum inter illos, ac Polonos Orbis videt exitum, plures Polonorum ſive, ut ſcribatur verius, Lithuanorum, quorum Magnum Ducatum, ſiquidem et Metropolim ejusdem Vilnam tenuerint, ex majori parte jam habebant, captivos in Moſcoviam abduxerunt, ex quibus, ſi referentibus credendum fuit, accepta in numerum adultorum infantia, centum prope, ſi non amplius, millia abducta fuiſſe memorantur.

Horum pars, inter Nobilitatem, popularis divisa, pars exul acta in Sibiriam, reliquasque Moscoviae Regiones, maxime quae Ruthenicum scisma amplecti renuebat.

Ex majori Nobilitate Polonica aliquot illud scisma susceperant, quorum unicum hic adfero, ejusdemque litteras, ad Moscorum Patriarcham formatas subiicio.

Epistola ad Nycetam Patriarcham Moscorum, Pauli Potoczky, baptizma ab eodem Patriarcha, quod et secutum est, petentis.

Pertinebat hoc ad cumulandam felicitatem meam, quam mihi post tot Vitae et fortunae meae naufragia *) Sacrae ac Serenissimae Caes. Majtis. Regnatrix Beneficentia liberalissime indulsit, ut religiosissima Sanctitatis Vrae. benedictio, quam nuper humillime sum veneratus, ad haec orthodoxa sacra accedenti mihi, Divinum propitiaret Numen. Sed, cum supremus ille Arbiter Deus, ad quem Sanctitas Vra. proxime Vicaria accedit Maiestate, saepe Beneficia

*) Czarum Moscoviae intelligit.

geminare norit, et infinita illa bonitas ſui ibique communicativa, non raro anticipet poſtulantium vota, neſcio quid mihi ſpei affulſit, ut audeam ad ſacros Beatitudinis Veſtrae procumbere pedes, et me undiquaque immeritum e ſacro fonte levare dignetur illa paſtorali manu, quam Aquilonaris reveretur Orbis, a qua novae indies fortunarum Imperio huic repullulant acceſſiones. Neque in tantum ſe extenderent ſpes meae, aut veluti praeſidens ſibi polliceretur animus, niſi intelligerem pietati ſanctitatis Vrae. ita annexam eſſe innatam humanitatem, ut neutram in Sanctitate Vra. diſcernere poſſint, qui norint: ſicut nondum hoc diſcernit ſaeculum, utrum hominem, an aliquem ex Coelitibus hac ſacra redimitum miretur Thiara. Accedit, quod non ex vano polliceri poſſim, haec humillima poſtulata mea Sanctitatem Veſtram minime poſtpoſituram, ſi conſiderare dignetur, *) me cum lacte materno ortho-

*) Hic matre ſciſmatica ſaltem taliter nata fuit ortus.

doxam ſuxiſſe Religionem, cum Petri Mohile, qui inter Coelites (ut ſpero, degit) et cui Chiovia Paſtorale detulerat Pedum, ſim ſorore editus, interim non meo ductu, ſed paterno Imperio, et adminiculis, alienas opiniones ſecutus. Surge tandem redivive, antiquis Patriarchis ſimillime, utinam annoſiſſime? Veluti Iſaac, et comede aliquid de *) Venatione Sereniſſimi, et Auguſtiſſimi Imperatoris, qui non ſibi, ſed Deo nova lucratur Imperia, qui prope Apoſtolis par, non tam alios venatur Orbes, quam noſtras animas, nec alia opima reportat ſpolia, aut opulentas manubias, quam nos Chriſtiano mancipandos Numini. Dignum utique Coelituum conſpectu Triumphum. Neque aliquid addo Sanctiſſime Pater, quam, quod ibidem ſacer annuit textus. Vt benedicat mihi anima tua, extende manum illam, qua felices huic Ampliſſimo Imperio impertiris ſucceſſus, ad levandum me de ſacro fonte, et

*) ſiquidem Czar' ſe coeperat.

tantum in ſanctitatem Vram. coelitus redundet, felicitatis, quantum digniſſimus hic Chriſtiano Patriarcha actus apud coelites ſibi promeretur. Procumbo iterum ad beatiſſimos pedes Sanctitatis Veſtrae, et me humillime benedictionibus commendo.

Memoratus Petrus Potoczky Romae Clericus ſtudiis, in Collegio, ni fallor, Germanico, navavit operam, Generaliſſimo Regni Poloniae, quae una eſt ex principalioribus Familiis, Sanguine propinquus. Idem poſt ſuſceptum baptizma, ſi ita loquendum eſt, Pauli nomen ſortitus eſt, illique Czarea munificentia Vſtiugha adminiſtranda, tanquam illius Provinciae Palatino Anno ſexageſimo primo conceſſa fuit.

Cum hoc Petro Potoczky capti fuere Alexander Lecivinus Medicus, Roma oriundus, et Ludovicus Religioſus Sacerdos, amboque Ruthenicum Sciſma, ut aiebant coacte, quod minus credibile, ſuſceperant, quandoquidem Societatis *Jeſu* Religioſi in eandem lapſi captivitatem, omnia voluere antea per-

peti, quam tam enormi Animam labe maculare.

Horum ego aliquot, ſucceſſivo tempore, ad mendicandam cum Vigile emiſſos, in cella Vinaria, ſive caupone, et confeſſiones excepi, et viciſſim exceptus fui. Vtrum ſciſmatica Moſcovia, multis adulterata erroribus, in gremium orthodoxae fidei aliqua ratione redire poſſit? res ſumma non caret difficultate. Divinae hoc opus arduum potentiae, et ejus, qui in coelo habet Cathedram docendi corda, Deus.

Ardet enim haec plus quam odio Vatiniano in Pontificem Natio, a Clero potiſſimum derivato, ſi iſte ad ſanam doctrinam reduci poſſet, non modicum ſpei affulgeret, Nobilitatem, et reliquum Vulgus idem facituros. Inter illos núlla diſputatio, nulla controverſia locum habet, illam perpetuo pertinacem intonant naeniam: Vti majores crediderunt noſtri, ita et nos credimus. Noſtra etiam ſuos Sanctos habet Religio, ad quorum corpora multa patran-

tur miracula *). Si ab illis quaeratur, cur Latinis, et aliis non ſtudeant litteris? ſolent reſpondere: noſtras ſcholas nobis eximie prodeſſe, ſiquidem eae tot haereſium fuerint invectrices. (Mulierum gratiam eum quaeſiuiſſe). Formoſum Papam nobis crebro obiiciunt, eum non bonis artibus fuiſſe inductum, quando prolixas barbas gerere interdixit. Haec, et ſimilia imperita gens dictitat, cujus acre alioquin ingenium ſi virtuti, loco malitiae, ſtuderet, caeteris Europae ingeniis aequiparari poſſet.

Quando Czarus Moſcoviae ſuis liberum caeteras Europae partes circumviſere permitteret, fortaſſis cum Peregrinis moribus, ſana etiam doctrina inveheretur, quod alias ſub poena capitali, niſi expreſſe obtenta licentia, quo? cur? quamdiu? interdicitur, et ſine hac interiora incolentibus Moſcoviae, cum omnes

*) Chioviae dicuntur multa corpora eſſe incorrupta, ſed id terrae tali imputatur.

passi praeclusi sint, moraliter est exitus impossibilis.

Pharaonis plagis opus est, si Moscoviae populus velit sapere, aut potenti adversario, qui eos ita enervet, ut nequeant erigi: depressa enim haec Natio, omnia faciendi paratissima; erecta paullulum, nullum felicitati modum novit praescribere.

Privilegium Gentis Slavorum, hinc Moscis ab Alexandro Magno concessum, ex Annalibus eorundem Moscorum manuscriptis extractum.

Alexander Rex Regum, supra Reges Imperator, Dei Altissimi Minister, totius Orbis Dominator, omnium sub sole ad nutum Dominus, inobedientibus repentinus Gladius, ac timor Mundi totius, supra honorificos honorificentissimus.

Longe Gentium disjunctis, ignotis Majestati nostrae honor, pax, et gratia, Vobis, ac Vrae. Belligerae Nationi Sla-

vonicae, gloriofo ftemmati Ruffico, Principibus, ac Gubernatoribus a Mari Waregho ad Cafpium, Pinguibus, et dilectis noftris Hrabaro Velikofano, Prudenti Haffano, Fornunato Havelfano aeternam falutem.

Siquidem Vos in confpectu non complector, ut Generofa animi alacritate, tanquam Amicos, fecundum cor meum excipiam, hanc Gratiam denuncio Dominio Vro. ut quaecunque Generatio a Mari Waregho ad Cafpium, cohabitabit, Terras, Principatus Vri., fit vobis, ac Pofteritati Vrae. perpetua fervitute fubiecta, nec extra confinia ex illis pes vefter extrahatur.

Hoc laudabile opus notificamus Vobis, Epiftola Regia noftra, alter fuftentata Juftitiae manu fubfcripta, et Genealogiaco Dominii noftri figillo Zona aurea ligato munita. Data honori Vro. perpetuo, in loco a Nobis aedificato Magnae Alexandriae Voluntate Magnorum Deorum Mar-

tis, et Jovis, ac Dearum Veneris, et Palladis. Menſis Primoſſi prima die.

Subſcriptio aureis litteris ſic dicitur fuiſſe.

Nos Alexander Rex Regum, et ſupra Reges, coeleſtium Magnorum Deorum, Jovis, et Veneris Filius: Terrenus vero Philippi Potentiſſimi Regis, et Olimpiae Reginae, noſtra alte ſuſtentata Juſtitia haec in ſempiternum Confirmamus etc.

VII.

DISCORSO DELLA MOSCOVIA.

In Codd. Mſs. hiſt. prof. Bibl. Palat. Vindob. No. 169 uſque ad 171. 8½ Blätter folio und auf Papier.

Fù già la Moſcovia uno Ducato fra i molti nelle quale era diviſa la grandiſſima provincia di Ruſſia compreſo ne i termini ſin hora aſſai ben conoſciuti, alla quale et alla Città ſua di Moſca diede nome il fiume Moſco, che per mezzo le paſſa fra gl'altri vicini aſſai nominato il qual Ducato fù alle volte ſotto principe libero et a niuno ſoggetto. Ma poichè Giovanni figliuolo di Daniele gran Duca di Ruſſia laſciata la città di Vuolodimeria riduſſe la ſua ſedia in Moſca, volſe che di tutte le parti a lui ſoggette ella foſſe capo, onde poi i ſucceſſori ſuoi non più Duchi di Moſcovia ma di Ruſſia ſi intitulorno finche Giovanni Avo di queſto ſi liberò dal tributo de' Tartari dei ſuoi maggiori fino dal 1240, il quale levati li ſtati d'alcuni de' ſuoi feudatarij ed alcune altre provincie a ſua obedienza ridotte laſciato il titolo di Ruſſia ripreſe il primo di Moſcovia per il che tutta quella

parte di Ruſſia bianca da lui et Baſileo ſuo figliuolo poſſeduta diviſa dalla Ruſſia roſſa per lo gran fiume preſe il nome di Moſcovia de i confini della quale a luogo ſuo diremo, parlando hora de' quelli da quale tutto il ſtato del detto Principe è terminato.

Queſto donque è ſerrato da Levante fra il mare Caſpio e l'Oceano Settentrionale e da quattro ordine de' Tartari detti Nogai, Chibani, Coſazchi, Tumeni et altri popoli in più parte diviſi et già all' iſteſſa nazione ſoggetti poſti fra i Tumeni et l'Oceano et da noi con un nome ſolo Hyperborei nominati, dalla quali per la Volga, per campagne deſerte, e per larghe ſelve è ſeparato. Da Tramontana ha il ſtato della grandiſſima peninſula d'Ingrovelandia ſerrata fra l'Oceano et il Golfo Granduico et dal detto ſtretto fin alla provincia di Biarmia et parte di Carella prima in tutto e l'altre in parte al rè di Suetia ſottopoſte, delle quali per il gran lago bianco, per larghe ſelve et per il fiume Polna e diviſo et ſequendo più oltre dalla bocca di detto fiume fino a quello di Novea per lo Golfo finlandico è ſeparato dalla Provincia che

li da il nome al detto Re ſoggetta. Il reſto della parte occidentale ſerranno i Livoni, Lituani et i Ruſſiani roſſi, i primi della Corona di Polonia tributarij, gl'altri duoi in tutto obedienti da quali è diviſo per li fiumi, Novea et Neper già detto Boriſtene, et per le ſelve, che ſono tra fronti (fonti) loro. Da mezzo giorno ha la peninſula di Caffa il mare di Tabacche già nominato Palude Meotide fin alla città dalla Tana poſti ſotto l'Imperio de' Turchi et da eſſa città fin alle bocche del fiume Volga dagl'Antichi chiamato altrimente Atil ha i Circaſſi et Alani già detti Albani, ambi liberi et Criſtiani ſecondo il rito greco, dalli quali per campagna et per parte di grandiſſimo monte Cocas già dimandato Caucaſo è ſeparato et ſe ben queſti confini non ſono totalmente meridionali pur per che a queſta parte più che ad altra risguardino l'abbiamo coſì dipinti. Ha queſto grandiſſimo paeſe di longhezza dalla boccha di Novea fino alle ultime parti della ſua provincia di Viatran ove confina con li Tartari miglia intorno 1800 per ponente et levante dalla foce di Solna fin alli Hiperborei,

e di molto maggior longhezza, ma non è à pieno conosciuta. La larghezza veramente è da mezzo giorno in Tramontana fra la Città della Tana et la bocca del Duina per miglia 1600, et molto più fra le bocche della Volga et quelle del fiume Obis, ch'entra nel Golfo Granduico, ma da questa parte ne è anco in tutto conosciuta. E tutto piano fuor che nella rivera del Golfo Granduico, ove fra i Confini del Rè di Suetia et gl' Hiperborei s'estende una larga et alta catena de' monti dalla quale si parte un ramo molto largo et d'estrema altezza, quasi in tutto asprissimo ch'aggiunge quasi in fin' alla provincia di Sibier da i Nogai habitata et si tiene per certo, che siamo quelli ch'anticamente Hiperborei erano chiamati. La pianura è in gran parte da selve coperta, la quale da gran laghi et palude manda fuor grossi fiumi li quali d'altri minori, ma molto più da le neve che l'estate si dileguano accresciuto, superate le rive più basse e più prossime si diffendono et insieme con li boschi d'ogni parte quasi tutto serrano il paese, il quale rendono assai sicuro dagl'assalti de' nemici et

benche per i gran freddi s'agghiacino la maggior parte de' fiume insieme con l'altre acque l'entrata sia meno difficile, con tutto ciò per l'estremi freddi quasi da niuna altra Natione è tentata, che da Tartari, li quali per esser ad ogni disaggio avezzi v'entrano et con veloce corso fatta la preda ritornano a suoi luoghi, mà dopo che le parti di Cassan, Citracan et Cumania da questo Duca sono state superate et fatte soggette et i Nogai et i Preconpensi rotti et per ciò molto indeboliti è stato quello paese da loro incursioni mà più sicuro et libero che prima fra li fiumi che per stato scorrono. Obis è il maggiore, il quale insieme con Petzora et Duina entra maggiore nel Golfo Granduico, ma fra quelli che vanno a cadere nel seno Filandico sono più nominati: Solna, Novea et Duina minore, va il Neper nel mare maggior, il Tanai nel mare di Zabacche et la Volga ricevute in se Occa et il Mosco nel mare Caspio, per questi fiumi et altri assai rivi che nei maggiori Oda per se discendono nel mare et per li molti laghi et palude abondantissimi d'acqua si naviga in ogni parte del paese.

Questo Ducato è diviso in otto provincie, che sono Moscovia, Bulgaria, Cumania, Citracan, Cassan, Viatran, Permia et Giuria, di quella portione di Carella che al Duca è sottoposto per esser poca: et nella giurisdittione di Nugardia non si dira altro ma s'intenderà nella Moscovia compresa alla quale come a capo tutte le altre obbediscano.

La provincia di Moscovia ha li medesimi confini da ponente et tramontana che di sopra habbiamo accennati, da mezzo giorno ha la Cumania et Bulgaria dalle quali per larghe selve et per parte del fiume Occa è separata cominciando dalla città di Chiocca su il fiume Neper et scorrendo fino alle fonti del Tanai et mettendo capo ove esso Occa nella Volga corre, da Levante ha la Permia et Giuria. Fu questa provincia soggiogata da Baido figliuolo di Hocolta, secondo Impre. de' Tartari intorno gl'anni 1240. Dopo rotto l'esercito de' Cumani et Russiani presa la Cumania et altre provincie vicine al qual et ai successori suoi non solo fu tributaria ma di maniera sottoposta che da lor i Duchi suoi erano obligati torre la confirmazione del

ſtato nel quale in luogo di loro maggiori erano ſucceſſi et queſto continuo fino a Giovanni Avo di queſto Duca il quale confidato nelle diſcordie civile di quella natione ſeguita doppo che Preconpenſi ruppero et preſerò Hauet ultimo ſucceſſore di Baido appreſſo il Neper et che lo conduſſero prigioni a Vilma ove morì, non ſolo li nego il Tributo, ma con potente eſſercito aggionſe al ſtato ſuo la Permia, Viatran, et Giuria già al detto Impre. ſoggetta, onde a' Tartari ſempre doppo andarno mancando le forze in quelli confini et per il contrario creſcendo a Moſcoviti, il che manifeſtamente ſi è poi veduto perche il Regno di Caſſan fu fatto da loro tributario al tempo di Baſilio figliuolo et ſucceſſore d'eſſo Duca, et di nuovo da queſto Duca preſente, perche ſ'era ribelato, fu ſottomeſſo con quello di Citracan. Sono in eſſa provincia poche Città, molti Caſtelli et infinito numero di Villaggi fabricate di legnami fuorche la città di Nugardia et Ploſcovia che ſono cinte di muro et hanno altre fabriche aſſai dell' iſteſſa materia ſono in Moſca la Rocca et alcuni Palazzi et chieſe et parimente in Reſan

un castello et alcuni altri alli confini fatti di forte muraglie, fra le Città Mosca è la principale et la maggiore et Nugardia che è appresso il Golfo Filandico, il paese è quasi tutto piano abbondante di pascoli fertile et benissime coltivato.

La Bulgaria ha da ponente et Tramontana la Moscovia, da levante Cassan, da mezzo giorno la Cumania, dalla prima per boschi et per Occa fiume, dalla seconda dalla Volga et da l'altra per larghe selve è divisa, è picciola provincia con pochi colli, nel resto piana in gran parte boschina, alquanto coltivata molto fertile e pasculosa, s'estendera la larghezza sua già dalla Volga fino alla Tana, ma poiche la maggior parte de' suoi popoli separati dagl'altri passarno in Europa, et quelli che rimasero indeboliti di forze et assaliti dalla Natione de 'Gazari perdessero la libertà goduta per lunghissimi anni con gran parte del territorio, divennero loro tributarij, finche dai Cumani et dopo dai Tartari ambo doi furono sottomessi nel qual tempo, altra parte da detti Bulgari non era habitata, che quella la qual poi da Moscoviti a' Tartari fu levata sot-

to quale ſin hora ſi mantiene queſta provincia, che altrimente Mordua ſi dimanda fu detta Vulgaria ſecondo il proferir di Ruſſia per eſſer confinata dalla Volga ha un ſolo caſtello dove il fiume di Sura entra nella Volga detto Baſilgrod fabricato di muro molti Villaggi et altre aſſai habitationi ſparſe di legname.

La Cumania di parte della quale è patrono il Duca è provincia grande la quale è confinata da Levante da Caſſan mediante la Volga: da mezzo giorno da Citracan, dalla Circaſia et della Peninſula di Caffa, da ponente dalla Ruſſia roſſa per lo fiume Neper, da Tramontana dalla Moscovia et Bulgaria, è tutta piana et in parte boſchina et poco coltivata ancor che in parte fertile, ma ſopra il tutto atto a nodrire animali, non ha altra città che la Tana a' Turchi ſoggetta la qual fu in molta eſtimazione mentre che in lei le ſpezierie et altre droghe et ſorte di meno di Cicatran erano condotte et dalla maggior parte d'Europa di la in levante, ma poiche per diverſe cagioni fu levato il trafico, i Mercanti che ivi concorrono altro per il più non portano che le

robbe, che ſi cavano dalle provincie vicine, non è in lei alcuno caſtello ma bene alcuni vilaggi e molte caſe ſeparate ſecondo l'uſo ſettentrionale fatte di legname, et la principal cauſa che vi ſiano così poche habitationi naſce che tutti i popoli che l'habitarono prima che foſſà da Moscovita dominata in luogo di caſe uſavano Carrette. Queſta fu per gran ſpatio di tempo ai Rè di Bulgaria ſottopoſta a'quali la tolſero i Gazari che dopo divennero tributarij al Rè di Cumania li quali inſieme con li Cumani habitarono le campagne onde fu poi detta Cumania come quella che prima da Cumani era tenuta poſta fra il Boriſtene et il fiume Giarſarte da che con tal nome l'habiamo dimandata, entrarono poi in eſſa i Tartari et dopo rotto l'esercito de' Cumani et Ruſſiani con molta ſtragge ridotti gl'altri in ſervitù la ritennero per ſe et cominciarono ad habitarla negl'anni 1238. a quali fu tolta dal Duca di Moscovia che hora domina dopo rotti i Preconpenſi et gl'habitanti che in quella erano gl'anni 1557.

Citracan provincia non molto grande et prima Regno preſe il nome dalla Città ſua

dal istesso nome poste appresso le bocche della Volga già universale Emporio di tutti i popoli sì settentrionali come Meridionali finche lì Mercanti d'Europa frequentorno la città della Tana ove le spezierie et altre merci diverse che delle Indie et altre provincie meridionali erano portate, si conducevano, ma poiche per diverse causa restorno li Mercanti Genovesi et Venetiani di tralegar nella Tana, fu poco frequentata Citracan da Persiani et altri popoli lor prossimi, onde cessata la mercantia in gran parte per se quasi in tutta la reputation pristina e grandezza finche a' Tartari è stata soggetta, ma mutata conditione dopo che è venuta sotto Moscoviti, li ha aperta la navigatione della Volga che prima era assai impedita, il perche a' Persiani et Armeni sono ritornati a condurre spezierie et altre merci le quali di la poi sono al contrario della Volga, Occa et Mosco sono portate fino in Mosca. I termini di questa Provincia sono da Levante la Volga che da i Nogai separa gente valorosa et di gran numero, da mezzo giorno il mare Caspio et parte di gran monte Tauro

